5. 9. 630

5. Z. 9

Digitized by Google

XXVIII

1731

Digitized by Google

CATALOGUS
Agiologicus Hetruscus.

CATALOGUS
AGIOLOGICUS HETRUSCUS,
S E U
DE
SANCTIS, AC BEATIS
HETRURIÆ
CLEMENTI XII.
PONTIFICI OPT. MAX.
DICATUS.



ROMÆ, Typis Antonii de Rubeis, 17
SUPERIORUM PERMISSU.

CLEMENTI XII.

P. O. M.

CAROLUS GUIDO FORTI
S. Stephani Eques, Felicitatem.

AD Tuos Pedes provolutus, BEA-

TISSIME PATER, Catalogum Agiologicum Hetruſcum, quem privato ſtudio nuper collegeram, plurimis ſanè nominibus Tibi ſiſtendum exiſtimavi; & quòd, cum in eo de Sanctis, Beatiſque viris agatur, nulli potiùs jure dicandus ille eſſet, quam ei, qui in Summi Pontificatus apice conſtitu-

ſtitutus, veræ populis eſt norma ſanctimoniæ, eamdemque altaribus donat; & quòd, cum Hetruſci iidem ſint, nulli magis deberetur, quam illi, qui, & ex eadem Natione, & antiquiſſima Gente perilluſtris, germanas eorum virtutes in ſeſe uno, ita exhibet, ut ſolus Hetruriæ univerſæ, in-

nocentia vitæ, & morum integritate, decus eſſe poſſet, atque ornamentum.

Illud etiam accedit, BEATISSIME PATER, quod non paucos eodem in elencho repererim arctiſſima Tibi ſanguinis cognatione devinctos. Hi enim, cum in Te virtutes ſuas munificētiſſimè profuderint, & quaſi ſe ip-

ipſos expreſſerint, facilè mihi perſuaſum fuit, nolle eos ſine Te in lucem revocari. Omnibus nimirum numeris abſolutus eorum ſyllabus eſſe non poſſet, niſi Tu eidem BEATISSIME PATER, præfigerere.

Hæc profectò in cauſa fuerunt, cur libellum hunc, mole quidem parvum,

ſed rerum dignitate tanto Principe parem, Tibi offerendum cenſuerim. A' conſilio deterrebat quidem Majeſtas tua, tenuitas mea, & ratio ſcribendi, nec Tuo certè Nomini nuncupare illum auſus fuiſſem, niſi ea,qua Te pręcipuè Principem probas clementia, quaque omnes excipis,

at-

atque complecteris, animum feciſſet humanitas ſingularis. Quotus enim quiſque eſt, quin Parentem amantiſſimum in Te uno non ſentiat? Quis opem afflictis rebus implorat, quin apud Te ſolamen reperiat? Quis aditu unquam Tuo, atque colloquio prohibetur? Te vident Familiares

 tui,

tui, conſpicit Roma, miratur Orbis univerſus, iſta Tua ętate (diù eam producant Superi!) graviſſimiſque Ecclesię negotiis intentum, audientem quotidie populorum vota, nec Tibi parcentem, ut Reipublicæ temporibus præſtò eſſe poſſis.

Verum, quid ego iſta commemorem; ani-

animumque tuum, qui,ut ad egregia facinora pronus eſt, ita laudis cujuſque fucum reſpuit, atque detrectat, pertentem? His igitur prętermiſſis, Te ſupplex etiam, atque etiam rogo, BEATISSIME PATER, ut dum Tuis ſub auſpiciis libellum hunc accipis, ſinu Tuo foveas; dumque imaginem

virtutum tuarum in unoquoque Sanctorum virorum, quorum nomina hìc recitantur, intueris, Hetruriam, quæ Te olim Alumnum ſuum, nunc Parentem Optimum gratulatur, meque præſertim patrocinio Tuo proſequaris.

AU-

AUCTOR
AD LECTOREM.

PAucis te volo, Lector ſapientiſſime. Catalogum, quem concinnavi Sanctorum, ac Beatorum Virorum, eam Hetruriæ partem complecti ſcias, quæ nomen hujuſmodi jure ſibi vindicat, ad recentem

tantummodo rationem habendo, non autem ad veterum Scriptorum Geographicam diviſionem. Et quamvis unum, aut alterum locorum tamquam Hetruſcum attulerim, cum ad alios revera fines pertineat; id ea ſolum à me ratione factum putes velim, quòd REGIÆ CELSITUDINI MAGNI HETRURIÆ DUCIS, *cujus, ut me ſubditum eſſe per quam libenter profiteor, ſic vehementer gratulor,*

Do-

Dominatui ſubjaceat.

Præterea, non omnes, quos Beatorum hìc titulo, nomineque appello, ita tibi propoſitos exiſtimes, ut eo Apoſtolicæ Romanæ Sedis Auctoritate perfruantur. Non enim me latet quamplurimos ex tolerantia, *ut ajunt, Eccleſiæ Catholicæ ſolum tamquam Beatos coli: nonnullos Beatorum honoribus intra unius Provinciæ, Civitatis, aut Cœnobii fines gaudere, aliosque*

Bea-

Beatorum titulo, abſque cultu appellari. Cum tamen Romanus, Summuſque Pontifex Urbanus Octavus decreto, quo ſanxit, ne quis ampliùs Beati nomine nuncuparetur, quin Pontificia facultas intercederet, luce clariùs edixerit, nullo modo ſe detrimentum iis afferre velle, qui antea, & ex longo temporis intervallo, eo fruerentur honore, quoſque hìc recenſemus hujus generis certò ſint, non eſt

cur

cur notam aliquam quis mihi inurat, ſi iſtiuſmodi titulo appellem, quos certè poſt Optimi Pontificis legem non liceret appellare.

Quamquam demum conatus ſum omnes Hetruriæ Beatos viros hoc Elencho complecti, id tamen me aſſecutum non eſſe video. Verum cum à Principe quodam viro (qui me non paucis, iiſdemque maximis beneficiis affecit) rogatus aliquando, quot ſibi cœle-

ſtes

ſtes cives Hetruriæ eadem vindicaret, in me receperim, ut trecentos circiter ex ea prodiiſſe demonſtrarem, eoſque compererim deinde ad ſeptingentos ferè (præter alios Martyres innumeros) accedere, facilè omnem animi ſollicitudinem depoſui, & ſatis abundè factum putavi, ſi his in præſentiarum contentus, de cæteris non ita multum laborarem, diligentiorem aliquando, non catalo-

gum

gum ſolum, ſed etiam hiſtoriam, fortaſſe, daturus. Si quid ergo minùs abſolutum hoc in libello reperias, Lector benevole, & ſi quid in eo peccatum ſit, animo ne feras iniquo, mihique, qui hujuſmodi ſcriptionibus minimè ſim aſſuetus, aliquid dare non renuas. Quantum potui, diem mortis cujuſcumque Beatorum, annumque dare curavi, quove eorum corpora loco aſſerventur, atque

colan-

colantur; ſed cum temporum injuria plurima perierint monumenta, æqui, bonique conſulas, ſi hujuſmodi documentis, non raró, deſtituaris.

Cæterum quæ ſcripſi, ea mente à me ſcripta eſſe intelligas, ut juventur omnes, offendatur nemo, ac proinde, ſi fortè Beatum aliquem virum alicui Civitati, aut loco attribuerim, quem Civitas, locuſve alter ſibi vindicet, non

ex

ex induſtria, aut invidia factum certò ſcias, præſertim cum Auctores, ex quibus monumenta omnia decerpſi frequentiſſimè innuam. Unum denique reſtat; ut libellum hunc meum judicio S. R. E. (quod facio per quam libenter) ſubmittam, teque Lector ſapientiſſime moneam, ut ſi quid in eo ſit, quod Apoſtolica nondum Sedes probaverit, humanaſque vires excedat, eam tantum

illi

illi fidem adhibeas, quæ iis adhiberi ſolet, quæ humana dumtaxat, non autem divina nituntur auctoritate. Vale.

CI-

CIVITATES
ARCHIEPISCOPALES
HETRURIÆ,
QUÆ
SANCTOS, AUT BEATOS
In hoc Elencho ſibi vindicant.

FLORENTIA. *pag.* 22

PISÆ. 58

SENÆ. 83

ITEM

ITEM
CIVITATES
EPISCOPALES.

ARETIUM. *pag.* 3
BITURGIUM. 8
CLUSIUM. 17
COLLIS. 18
CORTONA. 19
FESULÆ. 22
CRASSETUM. 48
MONS ILCINUS. 49
MASSA VETERNENSIS. 52
S. MINIAS 53
PIENTIA. 58
PISCIA. 73
PISTORIUM. 73
PRATUM. 80
POLITIANUS MONS. 76
SOVANA. 114
VOLATERRA. 117

ALIA

ALIA

HETRURIÆ

LOCA,

SS., aut BB. gloria perilluſtria.

SANCTUS ANGELUS in Colle. *pag.* 1
S. ANGELUS DE VENA, SEU S. LIBERATUS. 1
S. ANTIMUS. 2
AGLIARIUM. 2
ASCIANUM. 6
BARGA. 6
BATTIGNANUM. 7
BELFORTE. 7
BIBIENA. 7
CAMERATA. 9
CAMPI. 10
CAPRIOLA. 10
CARMIGNANUM. 10
S. CASSANUS. 11
CASOLE. 11

CA-

CASTELIO ARETINUS. 12
CASTRUM FLORENTINUM. 12
CASTRUM BALNEI. 14
CERTALDUM. 14
CETONA. 15
CHIANTI. 16
CHIATINA. 16
CHIUSDINUM. 16
CASTRUM CLUSII propè Alverniæ Montem. 17
CIGNANUM. 17
CIVITELLE. 18
S. CRUX in Valle Arni. 22
S. GEMINIANUS. 47
GROTTI. 48
S. JOANNES. 50
LIBBRA FACTA. 50
LINARI. 50
LUCIGNANUM. 51
MAGLIANUM. 51
MARRADUM. 51
MONS ACUTUS. 53
MONS ALCETUS. 54
MONTECIANUM. 54
MONTECCHIUM. 55
MONTIERI. 55
MON-

MONTEMASSIUS. 55
MONS MUGNAJUS. 56
MONTICHIELLUM. 56
MUGELLUM. 57
PIAGALE. 57
PLANUM CASTAGNAJUM. 58
PODIUS BONITIUS. 76
PUPPIUM. 81
RADICOPHANI. 82
RADICONDOLI. 82
S. REINA. 82
SALVENA. 83
SCARPERIA. 83
SEGGIANUM. 83
SENA LONGA. 114
SIGNIA. 114
LE SERRE. 115
TRAQUANDA. 115
VAGLIANUM. 115
VALLIS ASSEVÆ. 116
VILLA MAGNA. 116
VOPINI. 120

IM-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Rmo Patri Sacri Pal. Apoſt. Magiſtro.

N. Epiſc. Bojan. Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Jo. Benedictus Zuannelli Ord. Præd. Sac. Pal. Apoſt. Mag.

CA-

CATALOGUS

Agiologicus Hetruscus.

A S. Angelo in Colle.

BEATUS PARACLYTUS Bini Ord. Eremitar. S. Auguſtini è Congregatione Illicetana. Obiit Senis 19. Decembris anno 1521. Ejus corpus deinde translatum fuit in ſylvam Illicetanam, ubi jacet. Aloyſius Torellus ſæcul. Auguſt. anno citato. Ugurg. Pomp. Senenſ. Hieronym. Gigli Diar. Senenſ.

A S. Angelo de Vena, ſeu à S. Liberato.

SANCTUS LIBERATUS, S. Angeli primùm Comes, Frater deinde Ordinis S. Franciſci, Caſtro, ejuſque Templo nomen fecit. Obiit anno 1307. ibique colitur die 7. Auguſti. Wadingus Annal. Minor. to. 1. anno 1234. §. 9. Arturus à Monaſterio in Martyrol. Frauc. 26. Auguſti.

A S. Antimo.

BEATUS LIBERATUS à S. Antimo Ordinis Minorum S. Franciſci. Ejus memoria recolitur die 26. Auguſti, ut ex Hieronym. Gigli Diar. Senenſ.

Ab Angliario.

BEATUS BARTHOLOMÆUS Nuzii Angliarienſis Ordin. Min. Sancti Franciſci. Obiit in ſacro Alverniæ monte 25. Maji anni 1510., & ibi ſepultus fuit. Sylvanus Razzi in ejus vita. Barezzus 4. part. Chronic. lib. 1. c. 9. Martyrol. Franc. die 25. Maji.

Aretini.

SANCTUS ANDREAS Guaſconi M. cum quinquaginta tribus Familię ſuę, qui pro Chriſtiana Religione cęſi ſunt Aretii anno 366., & in puteum demiſſi. Eorum oſſa in templo S. Andreæ à Buſtolorum nobili Familia erecto condita fuere, ibique coluntur. Farulli Annal. Aretii pag. 6. Bollandiſt. die 19. Junii, ubi de S. Gaudentio, & Clumatio.

B. ANGELUS Tarlati Nobilis Aretinus, Ordinis S. Franciſci. De eo men-

mentionem habet Farullus Annal. Aretin. pag. 95.

B. ANTONIUS Nerus Ordinis S. Franciſci. Deceſſit in Patria circa annum 1425. *W*adingus tom. 5. ann. 1427. Martyrol. Franc. die 9. Junii.

B. ANTONIUS del Viva Nobilis Aretinus Ord. S. Franciſci. Migravit ad cœlum anno 1495. Farulli Annal. Aretin.

B. AUGUSTINUS Ordinis priùs S.Birgittæ, Eremita deinde S. Auguſtini. Obiit in Sylva Illicetana anno 1494. Landucc. Sylv. Illicet. Torellus ſæcul. Auguſt. ann. cit. tom. 7. n. 2.

B. BENEDICTUS Sinigardi nob. Aretinus Ord. Minor. S. Franciſci. Obiit Aretii die 31. Auguſti anni 1280., ibique apud Patres Ordinis ſui colitur. Mazzara Menolog. Franc. Arturus à Monaſter. die 31. Auguſti.

B. DONATUS Aretinus Ordinis Jeſuatorum. Memoratur à Morigia in Paradiſ. Jeſuator. lib. 2. cap. 26.

S. FIRMINA Martyr Nobilis Aretina. Paſſa eſt ſub Quadratiano Præfecto, ut ex Farullo Annal. Aretin. pag. 5.

B. GREGORIUS Eremita Camaldulenſis. De eo mentionem habet Arnoldus *W*ion in ligno vitæ.

B. GUIDO Octaviani nobil. Aretinus, & Abbas S. Crucis Avellanæ, qui

 con-

contra Berengarium ſcripſit librum de Corpore, & Sanguine Chriſti Domini. Farulli Annal. Aretii pag. 4.

B. JOANNES Aretinus Ordinis Jeſuatorum. De eo loquitur Morigg. cit. in Paradiſ. Jeſuat. Farulli Annal. Aret. pag. 6.

S. JUSTINA Bezzoli Virgo nob. Aretina Monialis Ordinis S. Benedicti. Ejus Corpus incorruptum ſumma veneratione colitur Aretii in Templo Sanctæ Crucis Ordinis ejuſdem. Farulli loc. cit.

S. LAURENTINUS Martyr Frater Sancti Pergentini. Paſſus eſt in perſecutione Decii ſub Tiburtio Præſide 3. Junii, incertum quo anno. Ejus corpus à Pergentina ſorore extra Aretii mœnia ſepultum fuit. Sylvan. Razzi in vit. Ferrari de SS. Italiæ. Martyrol. Roman. die 3 Junii. Farulli Annal. Aretin. pag. 5.

B. LAURENTIUS Aretinus ex Ordine Jeſuatorum. Memoratur à Paulo Morigia Paradiſ. Jeſuator., & à Petro Farulli Annal. Aretin. pag. 76.

B. MARCUS Ab. Aretio Ordin. Jeſuatorum. Vide Moriggiam Paradiſ. Jeſuat. lib. 2. c. 31. Farulli Annal. Aretin. pag. 76.

B. MARCUS Tarlati nobil. Aretin. Ordin. Sancti Franciſci: obiit anno 1495.
Fa-

Farulli Annal. Aretin. loc. citato.

S. MARCELLINUS Albergotti Epiſcopus Aretinus, & Martyr. Paſſus eſt pro defenſione Eccleſiæ Catholicæ anno 1248. ut ex Bernino Hiſtor. Hæreſ. tom. 3. Ughellus Aretinum contra omnium, quos viderim, Auctorum opinionem, eſſe negat, fundamenta tamen in contrarium docent. Farulli Annal. Aretin., Burali de Epiſcopis Aretinis &c.

S. PERGENTINUS Martyr Frater Sancti Laurentini, cum quo paſſus eſt, & ſepulcro donatus. Conſule dicta de S. Laurentino.

B. RAYNALDUS Ordin. S. Franciſci. Aliqui putant eum eſſe è Caſtro Florentino, ſeu Aretino; vide Martyrol. Franc. die 27. Februarii. §. 2.

B. RAYNERIUS de Marianis Ordin. S. Franciſci. De eo meminit *Wadingus* tom. 2. anno 1277. §. 19. B. Bartholomæus Piſan. lib. 2. conformit. fruct. 2. p. 2. Martyrol. Franc. die 27. Febr.

B. THOMAS, vulgo Thomaſuolus Eremita. Memoratur à Georgio Vaſari in vita Paridis Spinelli Pictoris Aretini, & ab eo quædam mira perpetrata narrat, quæ olim in veteri Cathedrali picturis expreſſa cernebantur.

Ab Aſciano.

BEATUS HIERONYMUS ab Aſciano Ord. Jeſuatorum. Deceſſit anno 1398. Morig. Paradiſ. Jeſuator. Farulli Annal. Aretin. pag. 77.

Ex Barga.

BEATUS FRANCISCUS de Barga Ordin. S. Franciſci obdormivit in Domino ann. 1489. in Cænobio S. Mariæ Gratiarum prope Bargam, ibique jacet. Gonzaga de Origin. Ordin. Seraph. p. 2. Bzovius Annal. Eccl. tom. 18. anno 1488. Martyrol. Franc. 19. Julii.

B. GASPAR à Barga Ordin. S. Franciſci. Obiit Florentiæ circa annum 1490. & in Templo S. Salvatoris ſepultus fuit. Mazzar. Menol. Franc. Martyrol. Franc. 4. Aprilis.

B. MICHAEL, ſeu Aloyſius à Barga Ordin. Min. S. Franciſci. Obiit Bargæ circa annum 1475. 29. Aprilis in Cænobio S. Mariæ Gratiarum, ibique ſub Altari B. Mariæ ſepultus colitur. Mazzar. Menol. Franc. Gonzag. cit. 3. p. Martyrol. Franc. 30. Aprilis &c.

Ex Battignano.

BEATUS AUGUSTINUS à Battignano Ordinis S. Franciſci; memoratur ab Hieronymo Gigli in Diario Senenſ.

B. RUFINUS à Battignano Ordinis S. Franciſci. Obiit anno 1510. Ugurgerius Pomp. Senenſ. tom. 1. Hieronymus Gigli Diar. Sen.

A Belforte.

BEATUS BERNARDINUS Presbyter. Memoratur ab Hieronymo Gigli Diario Senenſi 14. Septembris, ab Ugurger. in vit. to. 1. & ab Auctoribus Faſt. Senenſ.

B. RAYNERIUS à Belforte Monachus Ciſtercienſis. Floruit anno Domini 1294. ſepultus eſt in Templo Sancti Galgani, quod ipſe à fundamentis erexerat. Vide Hieronymum Gigli Diario Senenſ. die 3. Decembris.

A' Bibiena.

BEATUS BERNARDINUS à Bibiena Ordinis S. Franciſci; migravit ad ſuperos Lucæ in Cænobio Sancti Franciſci anno 1490., ibique ejus

corpus aſſervatur. Martyrol. Franc. die 15. Maji Gonzag. cit. p. 2. Barezus Chronic. p. 4. lib. 1. c. 65. *Wadingus* tom. 2. an. 1289. §. 14. &c.

Biturgienſes.

BEATUS ANDREAS à Burgo Sancti Sepulcri Ordinis Servorum B.M.V. obiit Biturgii pridie Kalend. Septembris anno 1315., & in Templo Ordinis ſui miraculis clarus, ſepultus fuit. Archangelus Janus Annal. Servorum B. M. V.

B. ANGELUS à S. Sepulcro Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Deceſſit Peruſiæ anno 1306. & in Templo Ord. ſui Sepulcro donatus. Aloyſius Torellus ſæcul. Auguſt. tom. 5. an. 1306. n. 19. Herrera Chron. Auguſt. &c.

B. EUPHROSINA Vidua, & Monialis S. Franciſci. Obiit in Cænobio Sanctæ Catharinæ Biturgii circa annum 1485. Artur. à Monaſterio Martyrolog. Franc. die 4. Januarii. Mazzara Menolog. Franc. Marcus Uliſipon. lib. 7. c. 3. &c.

B. HIERONYMUS à Burgo S. Sepulcri Ordinis Servorum B. M. V. Obiit Kalendis Februarii anno 1130. Sepultus colitur in Templo Ordinis ſui apud

apud Sanctum Angelum in Vado.

B. RAYNERIUS à Burgo S. Sepulcri Ordinis S. Franciſci: Obiit Biturgii anno 1304.. ibique jacet in Templo Patrum Conventualium ſub altari majori, ſummaque colitur veneratione. *Wadingus* tom. 2. anno 1258. §. 22., & tom. 3. an. 1304. §. 12. Arturus à Monaſterio Martyrologio Franciſcan. die 1. Novembris.

Ex Camerata.

BEATUS JACOBUS à Camerata Ordinis S. Franciſci Laicus. Ultimum diem ſuum prædicens, deceſſit circa annum 1525. in Cænobio Sancti Ludovici Collis *Vitis* extra Piſciæ Mœnia. Gonzag. de Origine Ordin. Seraphic. p. 2. Barezus Chronic. lib. 1. ad annum 1526. Martyrolog. Franc. 9. Junii.

B. PETRUS à Camerata Ord. Eremitar. S. Auguſtini obiit anno 1312. Memoratur ab Auctore vitæ B. Auguſtini Novelli. Vide etiam toties citatum Torellum in ſæcul. Auguſtinian.

* * * *
* *
* *
*

Ex Campi.

BEATUS DOMINICUS Campenſis Laicus Ordin. S. Franciſci. Deceſſit Florentiæ circa annum 1440., & in Templo S. Salvatoris ſepultus fuit. Gonzaga de Origin. Franciſcan. p. 2. Martyrolog. Franc. 25. Novembris. Marcus Uliſiponenſ. Chronic. p. 3. lib. 7. c. 44.

Ex Capriola.

BEATA ANONYMA Virgo, quæ amore erga Seraphicum Ordinem exeſtuans, celato ſexu, in eo Religioſa vota emiſit: Pia tandem fraude comperta, in proximum Capriolæ Sacrarum Virginum Cænobium translata, ibi Sanctimonia vitæ refulſit. Vide *Wading.* tom. 4. anno *1399. §. 66.* Martyrolog. Franc. die *25.* Decembr.

Ex Carmignano.

BEATUS JOANNES à Carmignano decimo ab Urbe Florentia lapide, Miniſter Generalis Ord. S. Franciſci. Obiit in Inſula Corſicæ circa annum 1250. Vide Silvanum Razzi in ejus vita.

ta.Gonzagam de Origin. Franciſcan., ubi de Miniſtris Generalibus Ordinis.

Ex S. Caſſano.

BEATUS UBERTINUS à S. Caſſano Ordinis S. Franciſci obdormivit in Domino Prati in Cænobio Ordinis ſui anno 1315., ibique ſepultus eſt. *Wadingus* tom. 3. ann. 1315. §. 1.

B. LUCESIUS è S. Caſſano Profeſſione mercator, inde Tertii Ordinis Sancti Franciſci. Obiit in Caſtro Podii Bonitii 15. Aprilis anno 1242., ejus corpus in Templo S. Franciſci extra idem caſtrum ſumma veneratione colitur. Frater Antonius à Venetiis in vit. Sanctorum, & Beatorum Tertii Ord. S. Franciſci Martyrol. Franc. die 15. Aprilis.

Ex Caſole.

BEATUS RUGERIUS à Caſole Ordinis S. Dominici Epiſcopus Senenſis. Obiit 6. Junii anno 1317. Ex Muſæo Dominic. Ugurger. Pomp. Senenſ. Hieronymus Gigli Diar. Senenſ.

B. THIMOTHEVS à Caſole Ordinis S. Franciſci. Obdormivit in Domino

no Capriolæ in Cænobio S. Bernardini anno 1500. Gonzaga de Origin. Ord. Seraph. p. 2. Martyrol. Franc. die 6. Decembris &c.

E' Caſtro Florentino.

BEATVS ATTO Caſtri Florentini Generalis Abbas Vallis Vmbroſæ, & Epiſcopus Piſtorienſis. Obiit 22. Maji anni 1153. ſepultuſque fuit in Templo S. Mariæ de Choorte, hodie S. Joannis Rotundi, ubi jacuit uſque ad annum 1237., quo translatus fuit ad Cathedralem Eccleſiam, ut Auctor eſt Sylvanus Razzi de Sanctis Hetruſcis.

B. BARTHOLOMÆA Bertini è Caſtro Florentino. Joſeph Branchi eam ex Tertio Ordine S. Auguſtini affirmat fuiſſe. Annales Servorum B.M.V. Tertiariam ſuam faciunt. Cum verò nobis ſatis, ſuperque ſit Hetruſcam eam eſſe, Ordines iſti litem per ſeſe dirimant. Interea vide Archangelum Janium Annal. Servor. anno 1619. quo B. Fœmina die 17. Junii ad cœlum evolavit Senis, ubi ejus corpus requieſcit in templo Patrum S. Auguſtini.

B. DOMINICUS à Caſtro Florentino Ordinis Sancti Franciſci Laicus. Deceſſit

ceſſit Florentiæ anno 1482. Bzovius tom. 18. Annal. Eccleſ. ann. 1471. §.16. Marcus Uliſiponenſ. lib. 4. c.32. Martyrolog. Franc. die 8. Novembris.

B. JOANNES BENEDICTUS Moncetti à Caſtro Florentino Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Obiit in Sylva Illicetana anno 1538. Landucc. Sylva Illicet. Torellus centur. 4. c. 90. &c.

B. MATTHÆUS è Caſtro Florentino Ordinis S. Franciſci Laicus, & Socius S. Franciſci dum B. Pater Sacra Stigmata reciperet. De eo Gonzaga de Origine Ord. Seraph. p. 1. ſub nomine Matthæi à S. Joanne. B. Bartholomæus Piſanus l. 3. conformit. fruct. 3. p. 2. c. 25., & 26. &c. Martyrol. Franc. die 20. Aprilis.

B. VIRIDIANA Virgo Caſtri Florentini Tertii Ordinis S. Franciſci. Migravit ad Sponſum prope templum S. Antonii ejuſdem Caſtri prima Februarii anni 1242. ejuſque corpus in Sacello, olim ejus cubiculo colitur. Torellus pluribus argumentis eam ex Tertio Ordine S. Auguſtini fuiſſe contendit. Antonius à Venetiis in vitis Beatorum Tertii Ord. S. Franciſci, Sylvanus Razzi de Sanctis Hetruſcis ex Tertio Ord. Sancti Franciſci eam prædicant, Vide Auctores ci-

citatos, & Torellum ſæcul. Auguſt. tom. 4. anno 1242.

E' Caſtro Balnei.

BEATA JOANNA à S. Maria è Caſtro Balnei; quo anno ad cœlum evolaverit omninò ignotum. Sepulta fuit in Patria, translatoque deinde 1. Maji 1287. per Guillelmum Epiſcopum Aretinum, & Jacobum Epiſcopum Caſtellanum, ejus corpore, ei altare dicatum fuit, ut ex Razzio in Vit. BB. & SS. Hetruſcor.

A Certaldo.

BEATUS JACOBUS à Certaldo prope S. Geminianum Monachus Camaldulenſis. Obiit 13. Aprilis anni 1292. ſepultus eſt Volaterrę in Abbatia S. Juſti. Raffael Matthæi in ejus. vit. Sylvan. Razz. de SS. Hetruſcis.

B. JULIA à Certaldo Virgo ex nobili Familia *della Rena*, quæ poſtea Florentiam domicilium tranſtulit; ad cœlum migravit 9. Januarii anni 1367. Certaldi ejus corpus aſſervatur, & colitur. De hac etiam lis eſt Auguſtinianos inter, & Franciſcanos, quorum alteri ſuam eſſe contendunt; at cum noſtrum non ſit hujuſmodi contro-

troverſiam componere, ſatis nobis erit, eam in Hetruſco ſolo ortum duxiſſe. Vide Antonium à Venetiis in vit. BB. Tertii Ordinis S. Franciſci; Torellum ſæcul. Auguſt. tom. 6. anno 1372., quo ejus obitum accidiſſe affirmat, & Bartholomæum Riccioli-num in Relatione vitæ ejuſdem Beatæ, &c.

A Cetona.

BEATUS ANONYMUS à Cetona, Ordinis S. Franciſci. Memoratur à B. Bartholomæo Piſano lib. 1. Conformit. fruct. 11. part. 2. A *Wadingo* tom. 2. ann. 1270. §. 27. Ab Arturo in Martyrolog. Franc. die 2. Decembris.

B. GUIDO à Cetona Ordinis S. Franciſci; ad cœlum evolavit circa annum 1305. Ejus corpus Cetonæ colitur in templo S. Franciſci. Marcus Uliſipon. Chronic. lib. 6. c. 30. §. 4. Gonzaga de Origin. Ord. Seraph. p. 1. Picquetus in Catalogo Viror. illuſtr. Franciſcan. Arturus à Monaſterio die 30. Januar.

B. HERCULANUS à Cetona Ordinis S. Franciſci, ut ex M. S. Picolominei, quod citatur ab Hieronymo Gigli in ſuo Diar. Senenſ.

B. PE-

B. PETRUS à Cetona Ordinis Eremitarum S. Auguſtini è Congregatione Illicetana. Obiit in Illiceto exeunte Junio, anno 1470. Torellus ſæcul. Auguſt. anno citat. Landuccius Sylva Illicet. Hieronymus Gigli Diar. Sen.

Ex Chianti.

BEATUS PETRUS cognomento Pettinarus ex Valle, vulgò *di Chianti*. Landinus Dantis Interpres Florentinum facit. Obiit Senis 5. Decembris anni 1289., ibique in templo S. Franciſci ejus colitur caput. Vide Hieronymum Gigli in Diar. Sen.

Ex Chiatina.

SANCTUS ALBERTUS Archipresbyter Collenſis ex Chiatina. Obiit an. 1202. 17. Auguſti, & miraculis clarus ſepultus fuit in templo ſuæ Pareciæ Sylvan. Razzi in ejus vita Faſt. Senenſ. Gigli &c. Ughell. Ital. Sac. to. 3.

E Chiuſdino.

SANCTUS GALGANUS Guidotti à Chiuſdino, & Civis Senenſis. Deceſſit 3. Decembris 1187. Plures de eo ſcripſere. Vide Libanorum, Hieronymum Gigli, Faſt. Senenſ. &c.

A Ci-

A Civitate Cluſii.

BEATUS CHARISSIMUS à Cluſio Ordinis S. Franciſci. Memoratur ab Hieronymo Gigli die 14. Decembris in Diar. Senenſ.

B. INNOMINATUS à Cluſio Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini. Hieronym. Gigli citat. in ſuo Diario Senenſi vitam ejuſdem M. S. ab Vgurgerio.

E Caſtro Cluſii propè Alverniæ montem.

BEATUS ORLANDVS Cluſii Comes, Tertii Ord. S. Franciſci, qui S. Franciſco Alverniæ montem donavit. Ejus corpus in eodem ſacro monte requieſcit. Joannes Marian. Chron. S. Franciſci lib. 1. c. 10. §. 12. Gonzag. de Orig. Ord. Seraph. p. 2. Toſſinian. lib. 2. *Wading.* to. 1. an. 1213. §. 19. Arturus à Monaſterio die 20. Junii.

A Cignano.

BEATVS BERNARDINVS à Cignano in agro Senenſi Ordinis S. Franciſci. Obiit anno 1510. Vgurgerius tom. 1. Chronic. Ord. S. Franciſci. Hieron. Gigli &c.

E Ca-

E Caſtro vulgò le Civitelle.

BEATVS ANGELVS *dalle Civitelle* Ordinis S. Franciſci, orationis, inter cætera, dono eximius. Memoratur à Marco Vliſiponenſi p. 3. lib. 7. c. 43.

Collenſes.

BEATVS ANDREAS à Colle Ordinis S. Franciſci. Obiit Florentiæ 10. Maji 1493. in Cænobio S. Salvatoris, ubi ſepultus eſt. Barezus 4. p. Chronic. lib. 1. c. 51. *Wading*. to. 7. anno 1476. Gonzaga de Origin. Franciſc. p. 2. Martyrol. Franc. 10. Maji.

B. BARTHOLOMÆVS à Colle Ordinis S. Franciſci. Deceſſit in Caſtro Podii Bonitii anno 1478. in Cænobio S. Lucheſii, ubi ſepultus fuit. Marcus Vliſipon. p. 3. lib. 1. c. 43. Gonzag. de Origin. Franciſc. p. 2. *Wadingus* to. 7. anno citat. §. 54.

B. BRVNVS à Colle Tertii Ordinis S. Franciſci eximiæ ſanctimoniæ vir. De eo Salazar. lib. 6. Chronic. Min. Prov. Caſtellæ c. 18. De Sillis in caput primum Regularum Tertiariorum. Martyrol. Franc. die 22. Decembris, &c.

B. PE-

B. PETRVS à Colle Tertii Ordinis S. Franciſci Eremita. Obiit Podii Bonitii. Vide *Wadingum* tom. 1. anno 1221. §. 16., & anno 1242. §. 20. Martyrol. Franciſc. 21. Auguſti; &c.

Cortonenſes.

BEATVS ANDREAS à Cortona Ordinis S. Franciſci, ſocius S. Bernardini Senenſis. Deceſſit Cortonæ & in Cœnobio S. Margharitæ ſepultus fuit. Toſſinianus Chronic. lib 2. *Wading*. to. 5. Martyrol. Franciſc. die 8. Decembris.

B. EVANGELISTA à Cortona Ordinis S. Franciſci. Migravit ad Cœlum Florentiæ in Cænobio S. Salvatoris, ubi jacet. Martyrolog. Franc. 2. Februarii. *Wading*. tom. 5. anno 1419. &c.

B. GILIA Cortonenſis Tertii Ordinis S. Franciſci, Socia Sanctæ Margharitæ Cortonen., quam ad gloriam præceſſit, ut ex *Wadingo* tom. 2. anno 1297. §. 29., Martyrolog. Franc. die 23. Septembris.

B. GVIDO Cortonenſis unus ex Sociis S. Franciſci. Obiit Cortonæ anno 1250. ibique in Cænobio S. Franciſci ſepultus fuit, ejus corpus tranſlatum deinde in Cathedralem, ſolemni

lemni pompa quotannis colitur die 24. Junii Sylvan. Razzi in ejus vita. Marcus Vliſipon. p. 2. lib. 1. c. 7. B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 8. p. 2. Martyrol. Franc. 12. Januarii.

B. ITEM GVIDO Cortonenſis Ordinis Min. S. Franciſci: obiit Cortonæ 12. Maji. Ejus corpus propter Gibellinorum irruptiones in Germaniam translatum fuit, excepto tamen capite, quod à Præfecto ſacrarii, aſſervandi cauſa, in puteum demiſſum, inventum eſt tandem, non ſine prodigiis, anno 1257., ut ex Mazzara Menolog. Franciſc. in ejus vita. Verum dubitaverim, an idem hic ſit cum B. Guidone ſuperiùs relato.

B. JACOBVS à Cortona Ordinis Sancti Franciſci. Sancto fine quievit Cortonæ anno 1584. & in S. Margharitæ Cænobio ſepultus fuit. Gonzaga de Origin. Ord. Seraph. p. 2. Barezus Chronic. lib. 7. c. 38. ann. 1580. Toſſinian. lib. 2. *Wading.* tom. 5. ann. 1584. §. 37.

B. JVLIANVS Cortonenſis Ordin. Sancti Franciſci. Deceſſit Cortonæ in Cænobio S. Margharitæ, ubi jacet. Gonzag. cit. p. 2. Barezus p. 4. Chronic. lib. 7. c. 36. *Wading.* to. 5. ann. 1449. §. 15. Martyrol. Franc. 7. Junii.

B. MAR-

B. MARCHION à Cortona, ſeu Marcus Ord. S. Franciſci Laicus. Obiit Scarlini anno 1490. Martyrol. Franc. 26. Januarii. Marcus Vliſiponenſ. lib. 7. c. 17. *Wad*. tom. 7. an. 1486. §. 4.

S. MARGHARITA Cortonenſis, ex Alviano Oriunda, Tertii Ordinis Sancti Franciſci. Obiit Cortonæ 22. Februarii anni 1297., ibique ejus corpus incorruptum colitur. A' Benedicto XIII. P. O. M. Faſtis Eccleſiæ adſcripta fuit. Plures de ea ſcribunt. Fr. Giunta à Bevagna. Silvanus Razzi de SS. Hetrur. *Wading*. tom. 2. anno 1277. §. 13. & anno 1297. §. 22. Martyrol. Franc. die 22. Februarii.

B. PETRVS Antonius à Cortona Ordinis S. Franciſci. Obiit Scarlini anno 1490., & in Cænobio Ordinis ſui ſepultus fuit. Marcus Vliſiponenſ. Chronic. lib. 7. c. 17. *Wadingus* to. 7. anno 1486. §. 4. Martyrol. Franc. die 26. Januarii.

B. VGOLINVS à Cortona è nobiliſſima Zeferinorum Familia, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Deceſsit Cortonæ circa annum Domini 1370. & in Templo Ordinis ſui, in ſacello Gentis ſuæ incorruptum omninò aſſervatur, & colitur. Torellus ſæcul. Auguſt. tom. 6., & 7. Baldellus in Relatione &c.

E' S.Cru-

E' S. Cruce in Valle Arni.

BEATA CHRISTIANA Virgo Ordinis S. Auguſtini. Obiit in Monaſterio, quod ipſa erexerat in Sancta Cruce Vallis Arni anno 1310. 4. Januarii. Joannes Bollandus. Torellus ſæcul. Auguſt. tom. 5. anno 1310. n. 3. & 4. Franciſcani ſuam eſſe contendunt, nimirum ex Tertio Ordine. Nos vero, ut ſæpe profeſſi ſumus, hujuſmodi lites dirimendas non aſſumimus. Vide etiam Antonium à Venetiis in vitis SS., & BB. Tertii Ordinis. Sylvan. Razzi de SS. Hetruſcis in ejus vita &c.

Feſulani.

SANCTVS ALEXANDER Civis Feſulanus, & Patriæ ſuæ Epiſcopus, & Martyr. Feſulis ſepultus fuit in Templo olim S. Petri in Jeruſalem, quod nunc S. Alexandri nuncupatur. Sylvan. Razzi de SS.Hetrur. in ejus vita. Paulus Diacon. lib. 3. c. 8. Baron. in Martyrol. die 6. Junii, & in annalib. Eccl ann. 585.

B. JOANNES Feſulanus Ord. Prædicatorum, & Pictor egregius. Ob morum ſanctimoniam Nicolao V.P.O.M. ap-

apprimè carus. Obiit Romæ xij. Kal. Martii anni 1455. & in Templo S. Mariæ ſupra Minervam honorificè conditus fuit. Vide Leandrum Alberti de viris illuſtribus Ord. Prædicatorum lib. 5.

S. JVLIVS Martyr Feſulanus. Memoratur à Ferrario, ubi de Sanctis Italiæ die 27. Septembris.

B. PETRVS Feſulanus, dictus à Florentia, Ord. Min. S. Franciſci. Obiit Aſculi, ibique in templo Ordinis ſui miraculis clarus ſepultus jacet. *Sylvan.* Razzi de SS. Hetrur. in ejus vit. &c.

Florentini.

BEATA BERTA Bardi Nobilis Florentina, Monialis primùm in Monaſterio S. Fælicitatis Florentiæ, deinde Cauriglienſis Abbatiſſa in Diœceſi Feſulana, ubi migravit ad Sponſum nocte ante Chriſti Domini Reſurrectionem anno 1163. ex Sylvan. Razzi de SS. Hetrur. in ejus vit.

B. CAROLVS Montis Granelli Comes, & Inſtitutor Eremitarum S. Hieronymi in Montibus Feſulanis. Deceſſit Venetiis 5. Septembris anno 1419. Vide Seguntinum Hiſtor. ſuæ Congregationis. Moriggia hiſtor. Relig.

lig. Bonanni de Religioſis Familiis &c.

S.CRESCENTIVS Confeſſor,& Florentinus Canonicus. Obiit Florentiæ 13. Kal. Maji ann. 423. à Sancto Zenobio Epiſcopo Florentino in Templo S. Salvatoris ſepultus fuit. Ex Ferrario de SS. Italiæ, ex Surio, & ex Sylvan. Razzi de SS. Hetrur. in ejus vit.

S. EVGENIVS Diaconus, & Confeſſor. Obiit 15.Kal.Decembris ann. 422.,& in æde S. Salvatoris ejus corpus reconditum fuit. De eo meminit Sanctus Ambroſius ad Marcellam ſcribens. Ferrari de SS. Italiæ: Razzius de SS. Hetrur.; & Monumenta Eccleſiæ Florentinæ, quæ citantur ab eodem Sylvan. Razz.

B.JULIANA Florentina Fundatrix templi S. Laurentii. Quò jaceat, aut quo anno ad Cœlum evolaverit, temporum injuria latet. Sylvan.Razzi cit. de SS. Hetrur.

B. PAULA Florentina Virgo. Obiit 6. Januarii 1363. Ejus corpus in Cænobio Angelorum reconditum fuit ſub ara S. Joannis; inde anno 1237. in Cathedralem translatum Sylvan. Razzi de SS. Hetrur. in ejus vita.

S. PHILIPPVS Nerius Florentinus Congregationis Oratorii Romæ Inſtitu-

ſtitutor : Dierum , & Meritorum plenus obiit Romę die 26. Maji 1595. Ejuſque corpus in Templo S. Mariæ in Vallicella ſumma pietate aſſervatur , & colitur . Vide Baronium Annal. Eccl. tom. 8. Antonium Gallonium , Hieronymum Barnabæum &c.

S. ZENOBIVS Hieronymi Nobilis Florentinus , & Patriæ ſuæ Epiſcopus: migravit ad ſuperos Florentiæ anno Domini 400. die 25. Maji . In Cathedrali ejus corpus honorificè cuſtoditur , & colitur. Scripſit ejus vitam S. Simplicianus Epiſcopus Mediolanenſis : Sylvan. Razzi &c.

Florentini ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini.

SANCTVS AMBROSIVS Florentinus Ord. Eremitarum S. Auguſtini ; ob inſignem pietatem *Homo Dei* paſſim appellatus . Vixit anno 1456. Vide Pocciantium de Scriptoribus Florentinis .

B. ANTONIA Florentina Monialis Ordinis S. Auguſtini . Memoratur ab Antonio Dulciati in vit. S. Nicolai de Tolentin. pag. 28. Torel. ad ann. 1350. n. 56. in ſæcul. Auguſt.

B. BARDUCCIUS Florentinus Tertii

 Ordin.

Ordin. Eremitarum S. Auguſtini, ſeu, ut alii putant, Donatus. Obiit Florentiæ anno 1331., ejuſque corpus ſepultus fuit in Templo S. Spiritus Auguſtinianorum. Aloyſius Torellus ſæcul. Auguſtinian. tom. 5. n. 28.

B. JOANNES à Florentia Ordin. Eremitarum S. Auguſtini, memoratur à Torello anno 1399. n. 12. Vide etiam Pamphilum Chronic. Auguſt.

B. PETRUS Florentinus Ordin. Eremit. S. Auguſtini dictus à Camerata. Obiit in Eremo Monteciani circa annum 1313., ibique ſepultus fuit. Vide Pamphilum Chronic. Auguſtin. Torellum ſæcul. Auguſt. anno cit. n. 5. &c.

Florentini ex Ordine Carmelitarum.

SANCTUS ANDREAS Corſinus ex Nobiliſſima Corſinorum Familia, Florentinus, & Sanctiſsimi Domini Noſtri CLEMENTIS Papæ XII. fœliciter Regnantis Proavus. Ex Ordine Montis Carmeli ad Epiſcopatum Feſulanum aſſumptus, deceſsit Feſulis 6. Januarii anni 1373. & in Cathedrali Feſulana ſepultus fuit: à Patribus deinde Carmelitanis furtim

tim Florentiam ejus corpus tranſlatum, in Templo Ordinis condidere. Sylvan. Razzi de SS. Hetrur. Bollandiſt. Maffeus Soc. Jeſu vit. 13. Confeſſor &c.

S. MARIA MAGDALENA de Pazzis Virgo Florentina ex nobiliſſima Pazziorum Familia. Obiit 25. Maji anni 1607. ætatis annorum 41. Joannes Bolland. Act. SS. Maji, Puccini in vita. Virgilius Cepari in vit. Joſeph Fotius in vit.

Ex Ordine Camaldulenſium.

BEATVS MICHAEL Camaldulenſis Inventor precariæ corollæ Chriſti Domini. Ad cœlum migravit in Eremo Camaldulenſi 18. Januarii 1522., ibique ſepultus fuit. Sylvanus Razzi de SS. Hetrur. Auguſtinus Florentinus Hiſtor. Camaldulenſ.

Florentini ex Ordine S. Dominici.

SANCTVS ANTONINVS Ordinis Prædicatorum, & Patriæ ſuæ Archiepiſcopus. Migravit ad cœlum Florentiæ anno 1459. quinto nonas Maji. Ejus corpus omninò incorruptum in templo S. Marci ſumma pietate cuſtoditur, & colitur. Franciſcus

ſcus Caſtilionenſis in ejus vita. Pocciantius de Scriptoribus Florentinis Chronic. Ord. Prædic. Bollandiſt. &c.

B. AVGVSTINA Medici Florentina Virgo Ord. Prædicat. Memoratur à Sylvano Razzi de SS. Hetruriæ.

B. BARTHOLOMÆA Martini Virgo nobilis Florentina Ord. Prædic. in Monaſterio Sanctę Catharinæ Senenſis Florentiæ. Memoratur à Seraphino Razzi de Viris Illuſtribus Ordinis Prædicator.

B. BVONINSEGNA Florentinus Ordinis Prædicatorum ab Hæreticis per medium diſſectus anno 1222. Del Caſtiglio Hiſtor. Ord. S. Dominici p. 1. lib. 1. c. 63. Seraphin. Razzi de Viris Illuſtrib. Ord. Præd. Leander Albertus pariter de Viris Illuſtrib. Ordinis Præd. lib. 5.

B. INNOCENTIVS à Florentia Ordinis Prædicatorum Laicus. Obiit Florentiæ in Cænobio S. Marci. Memoratur à Seraphino Razzi de Viris Illuſtribus Ord. Præd.

B. JOANNES Dominici Florentinus Epidaurienſis Archiepiſcopus ex Ordine Prædicator. aſſumptus, & S.R.E. Cardinalis. Obdormivit in Domino Budę anno 1420. Jacet in templo Sancti Pauli primi Eremitæ Civitatis ejuſdem. Vide Ciaccon., Vrſulinum, & Poc-

& Pocciantium de Scriptoribus Florentinis.

B. LAVRENTIA Lorini Florentina Monialis S. Dominici. Deceſſit Florentiæ in Monaſterio S. Dominici die 3. Auguſti anni 1564. P. Marcheſe in Diar. Ord. Prædicat. Seraphin. Razzi de Viris Illuſtrib. Ord. Præd.

B. LVCIA Bartolini nob. Florentina Ordinis Prædic. & Monaſterii S. Catharinæ Senenſ. Florentię fundatrix. Migravit ad Sponſum ibi 29. Octobris anno 1520. Seraphin. Razzi cit.

B. PETRONILLA Nelli Virgo nobilis Florentina Ordinis Prædicatorum in Monaſterio S.Catharinę Senenſis Florentiæ. Virtutibus, & meritis plena ad Sponſum evolavit ipſo die Paraſceves hora 21. Seraphin. Razzi citatus de Viris Illuſtribus Ordin. Prædicatorum.

B. RAFFAELA Saſſoli Virgo Florentina Ordinis Prædicatorum in Cænobio S. Catharinæ Senenſis Florentiæ. Memoratur à Seraphino Razzi de Viris Illuſtrib. Ord. Præd.

B. THEODORA Landi Virgo Florentina Ordinis S. Dominici. Obiit Florentiæ in Monaſterio S. Catharinæ Senenſis die 17. Novembris anni 1539. Seraphin. Razzi citat.

B. VILLANA Botti nobilis Virgo Floren-

rentina Tertii Ordinis S. Dominici. Deceſſit Florentiæ die 21. Auguſti, incertum quo anno. Jacet in Templo S. Mariæ Novellæ. P. Marcheſe in Diar. Ord. Præd.

B. XANTES Florentinus Ordinis Prædicatorum, & S. Antonini Archiepiſcopi Florentini diſcipulus. Obiit Florentiæ virtutibus, & meritis plenus, ut ex Leandro Alberto de Viris Illuſtribus Ordinis Prædicatorum lib. 5. pag. 248.

Florentini ex Ordine S. Franciſci.

BEATVS ACCVRSIVS Laicus, charitate erga infirmos nulli ſecundus. De eo S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus 3. p. hiſt. tit. 24. c. 9. §. 5. B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. conformit. fructu 8. Marcus Ulyſiponenſ. p. 2. Wadingus tom. 2. anno 1270. §. 27. Arturus à Monaſterio in ſuo Martyrologio Franciſc. die 2. Januarii. Jacet Florentiæ in Templo S. Crucis in Hieruſalem.

B. ÆGIDIVS. Obiit Florentiæ in Cænobio S. Salvatoris, ibique ſepultus eſt. Gonzaga de origine Ordinis Seraph. p. 2. c. 16., & 27. Wading. to. 5. anno 1427., & tom. 7. anno 1484.

Ar-

Arturus à Monaſter. in Martyrologio Franc. die 7. Septembris.

B. ALDOBRANDINVS de Ammannatis, Salmaſtræ Perſidis in odium Fidei Catholicæ cæſus, miraculis claruit. Gonzaga de origin. Ord. Seraphici in catalogo BB. Ord. B. Bartholom. Piſan. lib 1. conformit. fruct. 8., & 11. p. 2. Arturus à Monaſter. die 23. Decembris, ubi eum Florentinum eſſe affirmat, dubitari tamen poteſt, an Piſcienſis ille ſit. Certè celebris ille Jacobus Antonius Cardinalis Ammannatus Piſcienſis erat, ut bene notat Gadda tom. 1. de Scriptoribus non Eccleſiaſticis pag. 102.

B. ANGELVS à Florentia, deceſſit in Cænobio Palci prope Pratum, ibique ſepultus eſt. *Wad.* to. 5. an. 1439. §. 65. & anno 1447. §. 39. Arturus citatus die 29. Septembris: Gonzaga de origin. Ord. Seraph. p. 2. Convent. 20.

B. ANGELVS Bonſius nobilis Florent. Clericus Ord. S. Franciſci; innocentia vitæ, & animi puritate ſui nominis dignitatem eſt aſſecutus. Phtiſi confectus, adoleſcens migravit ad cœlum Florentiæ in cænobio S. Salvatoris, ubi requieſcit, anno 1500. *Wading.* Annal. Seraph. anno 1500. to. 7. §. 16. Arturus cit. die 12. Januarii.

B. ANONYMUS nobilis Florentinus, virtutibus clarus deceſſit Navis in Herruria, ut ex Gonzaga de orig. Ord. Seraph. p. 2. & Arturo die 3. Auguſti.
B. ANTONIA Florentina Vidua, Monialis deinde S. Franciſci in Monaſterio S. Onuphrii Florentiæ, poſtmodum Fulginei, demum prima Abbatiſſa S. Claræ Aquilæ apud Veſtinos, ubi ſanctimonia, & miraculis clara migravit ad Sponſum anno Domini 1472. Marcus Vliſipon. p. 4. lib. 5. c. 44. & 45. Gonzaga de orig. Ord. Seraph. p. 2. Arturus die 11. Martii.
B. BALTHASSAR à Florentia incredibilis abſtinentiæ vir; prophetiæ dono illuſtris. Sancto fine quievit Florentiæ in Cænobio S. Salvatoris, anno 1493. Gonzaga de Origin. Ord. Seraph. p. 2. Convent. 9. Barezzus p. 4. Chronic. lib. 1. c. 5. Wading. tom. 7. anno cit. Arturus die 4. Maji.
B. BENEDICTVS Florentinus ſanctitate illuſtris: obdormivit in Domino Florentiæ anno 1482., & in Templo Cænobii S. Salvatoris ſepultus fuit. Gonzag. de Origin. Ord. Seraph. p. 2. Convent. 9. Wading. tom. 5. ann. 1447., & tom. 7. an. 1482. §. 72. Arturus die 6. Septembris.
B. BERNARDVS Scarlatti Nobilis Floren-

rentinus. Religioſa obſervantia commendatus evolavit ad ſuperos anno 1496. in Cænobio S. Miniatis, ubi jacet; Arturus tamen qui Gonzagam citat, in eam partem inclinare videtur, ut eum ſepultum credat Florentiæ in Templo S. Salvatoris. Vide Mazzara Menolog. Franciſcan., & Arturum citat. die 12. Maji.

B. BORROMÆVS Borromæi Florentinus ob vitæ ſanctimoniam, morumque ſuavitatem *Sancto* Bonaventuræ Cardinali charus in paucis. Vide *Wa*dingum ad annum 1290. §. 16. Arturum die 14. Julii.

B. CATHARINA de Pazzis Nobilis Virgo Florentina Ordinis S. Claræ, carnis maceratione, cæteriſque virtutibus Sponſo Divino chara, ad eum migravit in Monaſterio Monticelli, ut ex Arturo in ſuo *Martyrologio* Franciſc. 25. Auguſti. *Wa*ding. Marian. &c.

B. CLARA Florentina ex Nobili Vbaldinorum Familia, Vidua primum, Abbatiſſa deinde in Monaſterio Monticelli, in quo virtutibus, & meritis plena, carnis mortalitate exuta eſt anno 1264., ejuſque corpus marmoreo ſepulcro donatum fuit hac inſcriptione.

„ *Vita præclara refulgens nomine Clara*
„ *Norma recluſarum, ſpeculum ſine turbine clarum.*
„ *Inclyta cunctarum Chriſti jacet hic famularum.*

Anno duodecimo ab ejus obitu, cum ſignis plurimis ſervam ſuam Deus illuſtraret, integrum, intactumque ejuſdem corpus repertum eſt. Tempore deinde Pii II. P. O. M. dum idem juſſu Superiorum transferretur, iterum aperto loculo, abſque corruptionis labe apparuit, & quod ſtuporem auxit, dexteram erexit ſuper populum. Marian. lib. 2. c. 25. Toſſinian. lib. 2. Valer. de SS. Fœminis Ord. Min. lib. 2. c. 12. Marc. Vliſipon. lib. 1. cap. 53. Arturus die 27. Februarii, aliique quamplures.

B. CLEMENS Capponi Nob. Florentinus Laicus Ord. S. Franciſci: æternæ Beatitatis præmio donatus eſt 25. Februarii anni 1477. Feſulis jacet in Templo Ordin. ſui. Marc. Vliſipon. lib. 6. cap. 3. Arturus die 25. Febr.

B. CONSTANTIA Virgo Florentina Ord. S. Franciſci miræ in virginitate tuenda ſedulitatis. Evolavit ad Sponſum Florentię 17. Decembris anno 1320. ejus meminit Dantes cant. 2. in Pur-

Purgator. & cant. 3. in Paradiſ. Marc. Vliſipon. p. 2. lib. 1. c. 54. Toſsinian. lib. 1. *W*ading. tom. 3. an. 1320. §. 4. Arturus die 17. Decembr.

B. DOMINICVS à Florentia Florentinus ex Nobili Caſtigliorum Familia. Obiit in Pago vulgo *Guaſto* ſeu *Villa di Vaſto*, & in Cænobio Ord. ſui ſepultus jacet. Silvanus Razzi de Sanctis Hetruriæ in ejus vita, Marcus Vliſipon. lib. 5. c. 37.

B. FRANCISCVS de Maleficiis Florentinus, Sancto fine quievit in inſula Corſicæ, ibique ejus corpus diù aſſervatum eſt in Cænobio S. Franciſci in Sylva, uſque dum ea à Turcis direpta, translatum eſt Alcipratum, ubi nunc jacet. Gonzag. de Origin. Ord. Seraph. in Catalogo BB. *W*ading. tom. 2. anno 1290. §. 16. Arturus die 24. Decembris.

B. FRANCISCVS Franceſchi Nob. Florentinus ex primis obſervantiæ Regularis aſſeclis: vir omni virtutum genere commendatus. De eo *W*adingus tom. 4. anno. 1399. §. 62. Marcus Vliſipon. 3. p. Chronic. lib. 1. c. 7. Arturus die 22. Auguſti.

B. FRANCISCVS à Florentia Frater Beati Thomæ, vulgò a Scarlino. Regulam Tertii Ordinis S. Franciſci Florentiæ in paternis ædibus prope

Rubacontis pontem profeſſus eſt. *Wadingus* anno 1447. §. 40. Arturus die 27. Augusti.

B. GASPAR à Florentia meritis, & virtutibus plenus Scarlini deceſsit anno 1477. ibique miraculis claruit. Mazzara Menolog. Franc. Arturus die 10. Februarii.

B. GHERARDVS à Florentia admirabili in morborum doloribus, quibus diù probatus eſt, ſubſtinendis patientia. Vltimum vitæ ſuæ diem divinitùs præſentiens, Muri in Piceno obdormivit in Domino 15. Julii, anno 1506., ibique miraculis clarus ſepultus eſt in Cænobio Ordinis ſui. Sylvan. Razzi de Sanctis Hetruriæ Marc. Vliſip. p. 3. lib. 8. c. 27. Arturus die 15. Julii.

B. GVIDO Florentinus animi demiſsione, perfecta obedientia, & dono prophetiæ conſpicuus; diem extremum clauſit Aſsiſii. *Wading.* tom. 2. anno 1290. §. 16. Gonzag. p. 3., ubi eum à B. Guidone Senenſi diſtinguit. Arturus die 6. Decembris.

B. HIERONYMVS Stufa Nob. Florent. Obiit Florentiæ apud S. Salvatorem anno circiter 1451. Ejus oſſa aliquot annis ab illius morte cum aliis cæterorum defunctorum, per incuriam, confuſa. Sylvan. Razzi de Sanctis He-

Hetruriæ, Marc. Vliſipon. p. 3. Chronic. lib. 1. c. 4. & lib. 4. c. 32., & lib. 5. c. 29. Arturus à Monaſter. die 11. Febr.

B. HUMILIANA Florentina ex Nobili Cerchiorum Familia, Tertii Ordin. S. Franciſci præclaris virtutibus ornata obdormivit in Domino 19. Maii anno 1246. Ejus corpus Florentiæ in Templo S. Crucis aſſervatur magna veneratione . Hyppolitus Florentinus . Marian. lib. 2. Marcus Vliſipon. p. 2. lib. 1. c. 19. & 20. *Wadingus* to. 1. anno 1246. §. 18. Bzovius tom. 13. anno 1246. Valerianus de SS. Fœminis Ordin. Min. lib. 5. Arturus à Monaſter. die 19. Maii.

B. JACOBVS Florentinus, Epiſcopus Zajotonenſis, & Martyr . De eo Sanctus Antoninus Archiepiſcopus honorificè mentionem facit 3. p. hiſt. tit. 24. c. 9. §. 20. Martyrium conſummavit anno 1362. Toſsinianus lib. 1. hiſt. Seraph. *Wadingus* tom. 4. anno 1362. §. 4. Artur. cit. 20. Aprilis.

B. JOANNES Baptiſta à Florentia Dominicæ Incarnationis, & Sacroſanctæ Euchariſtiæ devotiſsimus . Floruit anno 1510., deceſsitque Camplis in Aprutio, ubi ſepultus eſt. Marc. Vliſipon. p. 3. *Wading*. tom. 1. anno 1211. & tom. 4. anno 1399. §. 65.

65. Arturus die 29. Septembris.

B. JOANNES Ricci Nobilis Florentinus, oratione, deſpectu ſui, conſilioque illuſtris: migravit ad Cœlum Sartiani circa annum 1480., ibique quadraginta ab ejus obitu annis, corpore omnino incorrupto repertus eſt, & à piis coli cæpit. Marcus Vliſipon. p. 3. lib. 7. c. 43. Gonzag. de Origine Ord. Seraph. p. 2. *Wading*. tom. 1. anno 1211. §. 18., & tom. 4. anno 1399. §. 65. Arturus à Monaſterio in ſuo citato Martyrolog. die 19. Septembris.

B. JOANNA Vbaldini Soror B. Luciæ, & Nepos B. Claræ Virgo Florentina Ordinis Sancti Franciſci: ſanctitate conſpicua à corporis vinculis ſoluta eſt Florentię in Monaſterio Monticelli circa annum 1225. Marc. Vliſipon. p. 2. lib. 1. c. 14. *Wad*. to. 2. anno 1261. §. 7. Arturus die 30. Maii.

B. LVCIA Vbaldini Soror B. Joannæ Monialis in eodem Cænobio Monticelli, ubi Virgo deceſsit anno circiter 1225. Marcus Vliſip. p. 2. lib. 1. c. 54. *Wading*. tom. 2. anno 1261. §. 7. Arturus die 30. Maii.

B. MATTHÆVS Florentinus, vir ſummæ pietatis, ut ex Marian. lib. 5. Hiſtor. Seraph. c. 38. *Wading*. tom. 5. an. 1447. §. 39. tom. 6. anno 1472. §. 53.

§. 53. & Arturus die 2. Februarii.

B. MICHAEL à Florentia ex Nob. Albertorum Familia, B. Humilianæ Inſtitutor. Vixit in Cænobio S. Crucis Florentiæ; ejus tamen corpus jacet in Templo Noſocomii S. Galli extra pomerium. Creſcentius in Dialog. *Wading.* anno 1246. §. 19. & 22. Artur. die 17. Martii.

B. MINIVS Altimanni Florentinus, qui Chriſtum Dominum elegantiſſimi pueri ſpecie videre meruit. *Wadingus* tom. 2. anno 1290. §. 15. Marc. Vliſſpon. lib. 7. c. 34. §. 51. Artur. die 6. Septembris.

B. MONALDUS Florentinus vir ſimplex, & virtute præclarus, ut de eo loquitur S. Antoninus p. 3. hiſt. tit. 4. c. 2. §. 3. obiit in Cænobio Arelatenſi, ibique primùm ſepultus; diruto deinde Cęnobio eodem, propter temporum calamitates, in Cathedralem Arelatenſem ejus corpus translatum eſt, ubi piè colitur. B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. conform. fruct. 3. & 11. item p. 2. lib. 3. fruct. 7. *Wading.* to. 1. anno 1211. §. 22. & anno 1216. §. 2. & to. 4. anno 1400. §. 38. Mazzara Menolog. Franc. ubi aſſerit B. Monaldum obiiſſe anno 1230. Arturus die 2. Aprilis.

B. PETRVS à Florentia Aſculanum,

Cæ-

Cænobium in Piceno ſanctimonia illuſtravit virtutibus vivens, & miraculis moriens anno 1481. Marc. Vliſipon. p.3. lib. 6. c. 38. Marian.hiſtor. Seraph. lib. 5. c. 41. *Wading*. tom. 7. anno 1481. Arturus 25. Septembris.

B. PHILIPPVS Medici, ob morum ſuavitatem, & ſanctimoniam ſui deſiderium reliquit Florentiæ, ubi deceſſit ad Cænobium S. Claræ Monticelli. Marc. Vliſipon. p.3. lib.7.c.17. Arturus die 6. Decembris.

B. PHILIPPA Medici ex Regnanti per Hetruriam Mediceorum progenie, Monialis in Monaſterio Monticelli, ubi præfuit Abbatiſſa, & ſanctiſſimè obiit die 6. Decembris an. 1488. *Wading*. tom. 7. anno citat. Arturus die 6. Decembris, & alii.

B. ROLANDINVS Florentinus, qui intèr orandum de ſua fœlici prędeſtinatione certior eſt factus. B. Bartholomæus Piſan. Conformit. lib. 1. fruct. 8. *Wading*. tom. 1. anno 1241. Arturus die 27. Octobris.

B. SEBASTIANVS Florentinus Martyr, caſtimoniæ ſervandæ ſtudio à duobus mulierculis, quæ illum deperibant, cæſus. Gonzag. de Origin. Ord. Seraph. p. 2. Convent. 2. Arturus 25. Septembris.

B. THOMAS Florentinus, dictus à Scarlino,

lino, Frater B. Franciſci à Florentia, Jejuniis, vigiliis, & orationibus vacans, obiit Reate anno 1447. ibique multis vivens, & moriens miraculis claruit. Mazzara Menol. Franc. 31. Octobris Marc. Vliſipon. 3. par. lib. 1. c. 7. *Wading.* tom. 5. anno 1447. §. 21. Arturus die 31. Octobris.

Florentini ex Ordine Jeſuatorum.

BEATVS ANTONIVS Bettini ex Ordine Jeſuatorum. Memoratur à Moriggia in Paradiſ. Jeſuator.

B. BARTHOLOMÆVS Ridolfi nobilis Florentinus ex Ordine Jeſuator. Vide Moriggia loco citat. cap. 19. Farulli Annal. Aretin. pag. 77.

B. LAVRENTIVS Florentinus ex Ordine Jeſuatorum. Morigg. loc. cit. lib. 2. c. 21.

B. MICHAEL Florentinus Ordinis Jeſuatorum. Conſule Morigg. cit. lib. 2. c. 33.

B. PETRVS Belfredelli Nobilis Florent. Ordinis Jeſuatorum. Obiit Liburni. Vide Sylvanum Razzi de SS. Hetrur. & Morigg. citat. lib. 2. cap. 20.

B. PE-

B. PETRVS Buondelmonte Nobilis Florentinus Ordinis Jeſuatorum. Ex Morigg. citat. lib. 2. c. 28.

B. PETRVS Carducci Nobilis Florentinus Ordin. Jeſuatorum. Obiit in Sylvis Sambucæ. Morigg. citat. lib. 2. c. 25.

B. ROMVLVS Romuli Nobilis Florentinus ex Ordine Jeſuatorum. Obiit anno 1398. ejuſque corpus Tipherni jacet in Cathedrali. Morigg. citat. lib. 2. c. 10., & 11. Sylvanus Razzi de SS. Hetrur. in ejus vit. Farulli Annal. Aretin. pag. 77.

B. SACRAMORVS à Florentia Ordin. Jeſuatorum. Vide Morigg. citat. lib. 2. cap. 30.

Florentini ex Ordine Servorum B. M. V.

BEATVS ALEXIVS Falconieri Nobilis Florentinus, unus ex ſeptem Ordinis Fundatoribus. Obiit 13. Kal. Martii anni 1310., ejuſque corpus in Montem Senarium translatum fuit, ibique ſepultum. Archangel. Janius ad annum citatum.

B. AMIDEVS Florentinus unus ex ſeptem Ordinis Fundatoribus. Obiit 18. Aprilis anni 1265., & in Monte Se-

Senario ſepultus colitur. Archangel. Ianius citat. ann. cit.

B. BENINCASA Florentinus. Obiit die 9. Maii anni 1426., ſepultuſque fuit in æde S. Martini de Montichiello, ibique miraculis claruit. Archangelus Ian. Annal. Servor. anno citato.

B. BONFILIUS Monaldi Florentinus caput Inſtitutorum Ordinis Servorum B. M. V. Obiit in monte Senario, ibique in Sacello Beatorum ſepultus fuit anno 1261. *Sylvan.* Razzi de SS. Hetrur. in ejus vit. Archangel. Ianius Annal. Servor. anno 1261.

B. BUONAIUNCTA de Manettis nobilis Florentinus, unus ex ſeptem Ordinis Fundatoribus. Obiit pridie Kal. Septembris anno 1256. in Monte Senario, ubi ejus corpus ſepultum colitur. Archang. Janius cit. anno dicto.

B. GABRIEL à Florentia. Obiit in Monte Senario undecimo Kal. Maii ann. 1450., ibique ſepultus fuit. Archangel. Ianius citat. anno citat.

B. JOANNA Soderini Nobilis Florentina Tertii Ordinis Servorum B. M. V. Obiit Florentiæ 1. Septembris anni 1367., & in Templo B. V. ab Angelo ſalutatæ ſepulta fuit. Archangel. Ianius citatus ann. cit.

B. JV-

B. JVLIANA Falconieri Nobilis Virgo Florentina. Obiit Florentiæ anno 1341., & in Templo Virginis ab Angelo ſalutatæ ſepulta colitur. Archangel. Janius Annal. Servor. B. M. V. ann. cit.

B. LOTHERINGIUS Stufa Nob. Florentinus, & S. Philippi Benitii Socius. Obiit Florentiæ 7. Idus Julii anno 1300. Archangelus Ianius cit. ann. citat.

B. PETRVS de Florentia. Obiit in Monte Senario anno 1452., ibique ſepultus fuit. Archangel. Ianius cit. ann. citat.

S. PHILIPPVS Benitii Nob. Florentinus, unus ex ſeptem Ordin. Inſtitutoribus. Deceſſit Tuderti die 22. Auguſti anni 1285., ibique ejus corpus colitur. Archangel. Ian. citatus, & alii plures.

B. SIMON à Florentia. Obiit in Monte Senario anno 1438., & ibi ejus corpus ſepulcro donatum. Archang. Ianius cit. loc. cit.

B. SOSCTENES Florentinus, unus ex ſeptem Ordinis Inſtitutoribus. Deceſſit in Monte Senario 5. nonas Maii anno 1282. jacet in Templo Ordinis ſui. Archangel. Ianius citatus, anno citato.

B. VBALDVS Adimari Nob. Florent. Migra-

gravit ad Cœlum in Monte Senario 5. Idus Aprilis an. 1315., & prope alios Ordinis Beatos Inſtitutores ſepultus fuit. Archangel.Ianius citat. ann. citat.

B. VGVCCIONVS, ſeu Vguccius, unus ex ſeptem Fundatoribus Ordinis. Deceſſit in Monte Senario 5. nonas Maii anno 1282., & ibi ſepultus fuit. Archangel. Ianius citatus loco citato &c.

Florentini ex Ordine Vallis-Umbroſæ.

SANCTUS BERNARDVS Vberti Nobilis Florentinus Ordinis ſui Generalis Abbas, Epiſcopus Parmenſis, & S. R. E. Cardinalis. Migravit ad Cœlum Parmæ anno 1178. & in Cathedrali tumulatus fuit. Martyrol. Rom. die 4. Decembris. Vrſulinus de Cardinalibus Hetruſcis. Poccianțius de Scriptoribus Florentinis &c.

B. ERIZIUS Florentinus, primus Sancti Ioannis Gualberti Diſcipulus, Generalis Ordinis ſui Abbas. Obiit in Valle Umbroſa die 9. Februarii anni 1094. ex Arnoldo Wion in Ligno vitæ.

S. IOAN-

S. IOANNES Gualbertus Nobilis Florentinus Ordinis Vallis Vmbroſæ Inſtitutor. Obiit in Monaſterio Paſſiniani 12. Iulii anni 1073., ibique virtutibus, & miraculis clarus ſepultus colitur. Sylvan. Razzi de SS.Hetrur. Ribadeneira Flos Sanctor. &c.

S. PETRVS Igneus, ex Nobili, ut putant nonnulli, Aldobrandinorum Familia, S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Albanenſis. Vitam cum morte commutavit anno 1088. ejuſque cineres in Valle Vmbroſa aſſervantur. Ciacconius; Vrſulinus de Cardinalib. Hetruſcis, Arnoldus *W*ion in Ligno vitæ &c.

B. RODVLPHVS Florentinus, unus ex primis S. Ioannis Gualberti Diſcipulis Generalis Ordinis ſui Abbas. Obiit 12. Novembris anni 1076. ſepultus fuit apud Vallem Vmbroſam in Sacello Beatorum. Ex Arnoldo *W*ion in Ligno vitæ, & ex Auguſtino Florentino in Hiſtoria Vallis Vmbroſæ.

B. RVSTICVS Florentinus, unus ex primis S. Ioannis Gualberti Diſcipulis, Generalis Ordinis ſui Abbas. Obiit in Valle Vmbroſa die 12. Martii, ibique ſepultus fuit. Ex Arnoldo *W*ion in Ligno vitæ.

E' S.Ge-

E' S. Geminiano.

BEATUS ANDREAS à S. Geminiano Ordinis S. Franciſci, & S. Bernardini Senenſis Diſcipulus. De eo *W*adingus ad annum 1447. 1449., & 1450. Martyrolog. Franc. die 26. Decembris.

B. BARTHOLOMÆUS à S. Geminiano Tertii Ordinis S. Franciſci, ut Auctor eſt Marcus Uliſipon. p. part. Chronic. lib. 9. c. 27.

B. BARTHOLUS Sacerdos, Tertii Ordinis S. Franciſci. Obiit 12. Decembris 1300., & in Templo S. Auguſtini jacet. Marcus Uliſipon. Chron. p. 2. lib. 6. c. 24. Antonius à Venetiis in Vitis SS., & BB. Tertii Ordin. S. Franciſci &c.

B. JOANNES Gualtieri Salvucci, vulgò *di Nanni* Ordinis Jeſuatorum. Scribit de eo Paulus Moriggia in Paradiſo Jeſuatorum lib. 2. c. 8. Petrus Farulli Annal. Aretii pag. 77.

B. JOSEPH à S. Geminiano Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, à Turcis in odium Fidei Catholicæ cæſus anno 1524. Landucc. Sylva Illicitan. Torellus ſæcul. Auguſt. eodem anno &c.

B. MICHAEL Gamucci à S. Geminiano

no Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Diaconus, à Turcis pariter in odium Fidei confoſſus anno 1526. Landucci Sylva Illicetan. Torellus ad annum dictum &c.

B. UBALDUS à S. Geminiano Tertii Ordinis S. Franciſci. Deceſſit prima Maii anni 1301. in Sylva Rotunda octavo à S. Geminiano lapide. Ejus corpus in Caſtro, vulgo *Montajone* colitur. Antonius à Venetiis in vit. BB. Tertii Ord. S. Franciſci. Marcus Uliſiponenſ. p. 2. lib. 6. c. 25.

A' Groſſeto.

BEATUS ANDREAS à Groſſeto Ordinis S. Franciſci Laicus. Deceſſit Navis in Tuſcia, anno 1500. 10. Auguſti. Gonzaga de Origin. Ordin. Seraph. in Cænobio S. Benedicti p. 2. Marc. Uliſipon. lib. 7. c. 64. Martyrol. Franc. die 10. Auguſti.

A' Grotti.

BEATUS FRANCISCUS Lippi à Grotti in agro Senenſi Ordinis Carmelitarum. Obiit 11. Decembris ann. 1295. Vide Hieronym. Gigli Diario Senenſi die 12. Decembris.

Ili-

Ilicienſes ſeu à Monte Ilcino.

BEATVS BERNARDINUS à Monte Ilcino Ordinis S. Franciſci. De eo mentionem habent Ugurgerius Pomp. Senenſ. tom. 1. Hieronym. Gigli Diar. Senenſ. Faſt. Senenſ. &c.

B. JACOBUS Cavalieri è Monte Ilcino Ord. S. Dominici, & Diſcipulus Sanctæ Catharinæ Senenſis. Obiit circa annum 1400. Memoratur ab Hieronymo Gigli in Diar. Senenſ. ubi citat vitam ejuſdem M. S. Lombard.

B. IOANNES à Monte Ilcino Ordinis S. Franciſci. Memoratur a Sylvano Razzi in vit. SS. Hetrur. ab Hieronym. Gigli in Diar. Senenſ &c.

B. NICOLAVS Poſi Ilicienſis Ordinis S. Dominici. Floruit anno 1398. vide Hieronymum Gigli in Diar. Senenſ., die 12. Maii.

B. PHILIPPUS Cardelli à Monte Ilcino Ordinis S. Franciſci, & S. Antonii Patavini Socius. Deceſſit anno 1279. Toſſinian. Chronic lib. 2. Gigli Diar. Senenſ., Faſti Senenſ. &c.

* * * *
* *
* *
*

A' S. Joanne.

BEATVS ANTONIUS à S. Joanne in Valle Arni, Ordinis S. Franciſci. Migravit ad Cœlum Piſis anno 1481. Marcus Uliſiponenſis part. 3. lib. 6. Wadingus anno ſuperiùs relato §. 10. Marianus Chronic. lib. 5. c. 47.

A' Libbra facta.

BEATUS LAURENTIUS à Libbra facta in Agro Piſano. Ejus vitam ſcripſit S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus. Vide Sylvanum Razzi de SS. Hetruriæ.

A' Linari.

BEATUS FRANCISCUS à Linari in Agro Senenſi Ordinis S. Franciſci. Deceſſit 23. Aprilis, ſed ignotum quo anno. Conſule Chronic. S. Franciſci, & Hieronymum Gigli in Diar. Senenſi.

* * * * * * * * *

E' Lu-

E' *Lucignano, ſeu Liciniano.*

BEATUS IOANNES Riſtorius Ordinis S. Franciſci. De eo meminit S. Ioannes à Capiſtrano in vita Sancti Bernardini cap. *6.* *Wading.* tom. *5.* anno 1402. &c.

B. MATTHÆVS Dyni à Lucignano in Valle Chianarum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini è Congregatione Illicetana. Deceſſit anno 1436. Torellus ſæcul. Auguſt. ad annum citat. n. 2. Landucc. Sylv. Illicet. Barellus Hiſtor. Barnabitar. p. 2. lib. *6.* pag. 381. &c.

A' Magliano.

BEATUS BENEDICTVS à Magliano in agro Senenſi Ordinis S. Franciſci. Ex monumentis MM. SS., quę citantur ab Hieronymo Gigli in Diar. Senenſ.

A' Marrado.

BEATUS SYLVESTER à Marrado Ordinis Prædicatorum. Deceſſit Piſis in Cænobio S. Catharinæ anno 1517. 1. Octobris. Seraphinus Razzi de viris illuſtribus Ordinis Prædi-

cat. Ioannes Franciſcus Picus Mirandul. in vita Fratris Hieronymi à Ferraria.

Maſſæ Veternenſis.

BEATUS AMBROSIUS à Maſſa Ordinis S. Franciſci. Obiit anno circiter 1236. die 10. Novembris. A Gregorio IX. Beatorum albo adſcriptus fuit. Ejus corpus Urbeveteri colitur. Marcus Uliſipon. Chronic. p. 1. lib. 6. c. 34. Wadingus tom. 4. Martyrol. Franc. die 10. Novembris &c.

B. BARTHOLOMÆUS à Maſſa Ordinis S. Franciſci. Deceſſit in Patria anno 1350. B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. conformit. fruct. 8., & 11. p. 2. Marcus Uliſipon. p. 2. Chronic. lib. 9. c. 16. §. 1. Wadingus to. 1. ann. 1241. §. 17. Martyrolog. Franc. die 15. Octobris.

B. FELIX Tancredi ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini. Obiit in Eremo Illicetano 22. Septembris anni 1388. chariſſimus S. Catharinæ Senenſi fuit, ut ex epiſtola ejuſdem S. Virginis ad eumdem data, quæ 144. numeratur. Torellus ſæcul. Auguſt. tom. 6. anno 1388. n. 4. Landucci Sylv. Illicet.

B. JACOBUS à Maſſa Ordinis S. Franciſci

ciſci Laicus. Floruit anno 1250. Beatus Bartholomæus Piſanus lib. 1. conformit. fructu 8. Gonzaga de Origine Ord. Seraph. p. 1. in catalogo BB. Marc. Uliſipon. Chronic. p. 1. lib. 6. c. 46. & 7. c. 20. & 10. c. 19. &c. Martyrolog. Franc. die 5. Decembris.

B. MICHAEL à Maſſa Ordinis S. Franciſci. Memoratur à Marian. Chronic. lib. 5. c. 38., à *Wading*. tom. 5. an. 1447. §. 39., & to. 6. an. 1472. §. 53.

A S. Miniate.

BEATUS GHESIUS à S. Miniate Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Deceſsit Lucæ, ibique ejus corpus aſſervatur, & colitur in Templo Sancti Hieronymi. Torellus anno Domini 1416. n. 19. ſæcul. Auguſt.

Ex Monte Acuto.

BEATVS ALBERTVS Comes Montis Acuti Tertii Ordinis S. Franciſci, & ejuſdem Sancti Patris familiaris in paucis. Torres in practicis exhortationibus ſuper Regulam Tertiarior. De Sillis in caput primum ejuſdem Regulæ. Salazar. lib. 6. Chronic. Provinc. Caſtellæ. Martyrolog. Franc. die 25. Novembris.

B. BELINGERIUS de Monte Acuto Ordinis Min. S. Franciſci. Deceſſit Genuæ anno 1330., ibique ſepultus jacet. B. Bartholomæus Piſan. lib. 1. conformit. fruct. 8., & 11. cum tamen *Wadingus* tom. 1. anno 1250. §. 18. vocet eum Belengerium de Monticulo, certò non aſſeram eum eſſe de Monte Acuto. Conſule Arturum à Monaſterio die 30. Januarii §. 2.

E Monte Alceto.

BEATUS ALBERTUS à Monte Alceto Monachus Camaldulenſis. Deceſſit 7. Januarii anno 1163. Faſtus Senenſ. Ugurger. Pomp. Sen. Hieronym. Gigli Diar. Senenſ.

E Monteciano.

BEATUS PETRUS à Monteciano Ordinis Eremit. S. Auguſtini. Migravit ad cœlum anno 1321. Joſeph Pamphilus Chronic. Auguſt. Hieron. Roman. centur. 10. ann. 1386. Torellus ſæcul. Auguſtin. to. 5. an. 1321. n. 8.

* * * *

A Mon-

A Montecchio.

BEATUS ANTONIUS Cerretani à Montecchio in agro Senenſi, & nobilis Senenſis Ordinis Eremit. S. Auguſtini. Obiit in Eremo Illicet. die 13. Aprilis anni 1497. Faſtus Senenſ. Torellus ſæcul. Auguſt. tom. 7. anno citato.

A Montieri.

BEATUS JACOBUS à Montieri Monachus Ciſtercienſis S.Galgani, ubi ſepultus eſt hac inſcriptione. *Monacbus Miraculorum gloria illuſtris, Prophetiæ dono clarus.* Obiit 30. Maji anno 1230. Ugurger. Faſt.Senenſ.Gigli Diar. Sen.

B. JACOBUS Murato à Montieri. Obiit 28. Decembris anno 1280. Faſt. Senenſ. Ugurg. Pomp. Senenſ. Gigli Diar. Senenſ.

A Monte Maſſi.

BEATVS FERIOLVS de Monte Maſſi Ordinis S. Franciſci. Ex Chronic. M. S. quæ citatur ab Hieronymo Gigli in Diario Senenſ.

A Monte Mugnajo.

BEATUS BENEDICTUS à Monte Mugnajo in Cluſentino Abbas Vallis Umbroſæ. Migravit ad Superos die 27. Septembris anno 1205. Jacet in Templo S. Bartholomæi, vulgò *di Ripali* miraculorum gloria clarus. Sylvan. Razzi de SS. Hetruſcis in vita ejuſdem.

E Montichiello.

BEATVS DOMINICVS à Montichiello Ordinis Jeſuatorum. Memoratur à Paulo Morigia in Paradiſo Jeſuatorum.

B. FRANCISCUS à Montichiello Ordinis Jeſuatorum. Obiit anno 1400. Morig. citat. Faſt. Senenſ. Gigli Diar. Sen.

B. PETRVS à Montichiello Ord. Sancti Franciſci. De eo mentionem habet Arturus à Monaſterio in ſuo Martyrol. Franciſcan. die 19. Februarii.

B. THIMOTHÆVS à Montichiello Ordinis S. Franciſci. Vide pariter Arturum citatum ad diem 22. Novembris.

E' Mugello .

BEATVS ANTONIVS à Mugello Ordinis Jeſuatorum . Migravit ad Cœlum Piſis, & in Templo Ordinis ſui ſepultus fuit . Vide Morigg. in Paradiſo Ieſuator. , Sylvanum Razzi de Sanctis Hetruriæ .

B. BENEDICTVS à Mugello Ordinis S. Franciſci Laicus . Sancto fine quievit Florentiæ in Cænobio S. Salvatoris, ubi ſepultus fuit . Vide Sanctum Antoninum 3. p. Hiſtor. tit. 24. c. 9. §. 5. Bartholomæum Piſan. lib. 7. conformit. fruct. 8. Gonzaga de Origin. Ord. Seraph. p. 2. Martyrol. Franc. die 3. Martii.

A' Piagale .

BEATVS HERCVLANVS à Piagale Ordinis Minor. S. Franciſci . Obiit in Cænobio Caſtri Novi anno 1451. & ſub ara Maxima ejuſdem loci ſepultus jacet. Mazzara Menolog. Franc. Marc. Vliſipon. Chron. lib. 3. c. 39.

* * * *
* *
* *
*

E' Plano Caſtagnajo.

BEATUS ANDREAS à Plano Caſtagnajo Ordinis S. Franciſci. Floruit circa annum 1290. B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. conformit. fruct. 1. p. 2. Toſſinian. lib. 1. Hiſtor. Seraph. Marian. lib. 3. Wadingus anno dicto Martyrol. Franc. die 20. Martii.

Pientini.

BEATUS HILARION à Pientia Tertii Ordinis S. Franciſci. Memoratur à Piccolomineo in Chronic. M. S. quæ citatur ab Hieronym. Gigli in Diar. Senenſ.

B. NUCCINA à Pientia Tertii Ordinis S. Franciſci. Hieronym. Gigli ex Monumentis Cænobii Senenſis de Obſervantia. Vide Diar. Senenſ.

Piſani.

DECEM MILLIA MARTYRUM, qui in perſecutione Neronis paſſi ſunt, & uni ex illius Civitatis ampliſſimæ ſemitis nomen fecerunt, vocaturque uſque in præſentem diem *Via Martyrum*; & licet probabile ſit,

ſit, non omnes Martyres iſtos Piſanos fuiſſe, credibile tamen eſt, quamplurimos in eo ſolo ortum duxiſſe. Eorum oſſa, confluentibus civibus, oſtenduntur quotannis in Eccleſia primatiali. Vide Joſephum Martini Canonicum Cathedralis Piſanæ in Theatro Baſilicæ Piſan. Truncium Chronic. Piſan. &c.

B. ANTONINUS Presbyter Eremita, qui Martyrum Corpora in perſecutione Chriſtianorum ſepeliebat. Quo anno cœleſti gloria donatus ſit, ignotum. Ejus corpus repertum à Guidone Epiſcopo Lucenſi anno 1200. in Templo S. Paulini Lucæ reconditum fuit. Ex Sylvano Razzi de SS. Hetruriæ in vit.

B. CUCCHUS Ricucchi. Memoratur ab Joſepho Martini citat.loc. eodem.

B. EVELLIUS Piſanus. Vide eundem Martini citatum.

B. HOMODEUS S. *Raynerii Diſcipulus*. Ex eodem Martini loco præcitato.

B. JOANNES Bocca Piſanus. Joſeph Martini loc. citat.

S. PIERINUS primus Epiſcopus Piſanus à S. Petro ordinatus. Joſeph Martini loc. cit. Vghellius Ital. Sac. ubi de Archiepiſcop. Piſan. Truncius Chronic. Piſan.

S. RAYNERIUS Confeſſor Piſanus ex Nobili Scaccierorum familia. Obiit Piſis 17. Junii anno 1261. In Cathedrali Piſana, ut Civitatis Patronus colitur, ejuſque corpus ſumma veneratione aſſervatur. Sylvan. Razzi de SS. Hetrur. Franciſcus Froſini Archiepiſcopus Piſanus in vita &c.

S. TORPETES Martyr ex Ordine Humiliatorum. De eo mentionem habet Arnoldus *W*ion in Ligno vitæ. Alius hic eſt à S. Torpete, qui Piſis colitur die 17. Maji.

S. GUIDO della Gherardeſca Nobil. Piſanus, & Donoratici Comes. Obiit in ſuo Comitatu 13. Kal. Junii anno 1099. A' Calixto III. P. O. M. Sanctus eſt appellatus, anno 1403, & ab eodem facta poteſtas Archiepiſcopo Piſano eum in Cathedralem transferendi. Sylvan. Razzi de SS. Hetrur. in ejus vit. Ferrar. de SS. Italiæ: Bollandiſt. 13. Kal. Junii.

* * * *
* *
* *
*

Pi-

Piſani ex Ordine Canonicorum Lateranenſium Sancti Auguſtini.

BEATA BONA Virgo Piſana Ordin. Canonic. Regular. &c. Obiit propè Piſas ad Templum S. Jacobi, vulgò *del Poggio*: virtutum, & miraculorum gloria celebris colitur in Templo S. Martini. Sylvanus Razzi de SS. Hetrur. in vit. Ferrari de SS. Italiæ.

B. GREGORIUS Gualandi Ordinis ejuſdem. De eo mentionem habet Joſeph Martini citatus in ſuo Theatr. Baſilic. Piſanæ.

B. MARCUS Canonicus Regular. Lateran. De eo pariter ſcribit idem Martini loc. cit.

Piſani ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini.

BEATUS FINIS Ordinis Eremitar. S. Auguſtini. Dempſterius de Hetrur. Regal. to. 2. lib. 5. c. 2.

B. JOANNES Bonus Ordinis Eremit. S. Auguſt. Dempſter. loc. cit.

B. JOANNES de Peret Ordinis Eremitar.

mitar. S. Auguſtini. Martini loc. cit.

B. IOANNES della Pace Ordinis Eremit. S. Auguſt., Martini loc. cit.

B. PETRUS Piſanus. Ioſeph Martini loc. cit.

Piſan. ex Ordine S. Benedicti.

BEATA VILLANA Villani Ordinis S. Benedicti. Memoratur ab eodem Martini citato.

Piſani ex Ordine Camaldulenſium.

BEATUS BARTHOLOMÆUS Piſanus Monachus Camaldulenſis. Ejus Corpus Piſis incorruptum colitur in Templo S. Frigdiani, ut ex Arnoldo *W*ion in Ligno vitæ, & Ioſeph Martini in Theatr. Baſilic. Piſan.

B. BONUS Vernagalli Piſanus Eremita Camaldulenſ. Deceſſit anno Domini 1070. Arnoldus *W*ion in Ligno vitæ.

B. BONUS Piſanus Camaldulenſ. Fundator Cænobii S. Michaelis Piſarum. Arnoldus *W*ion in Ligno vitæ.

B. DOMINICUS Vernagalli Piſanus Camaldulenſ. Ejus corpus honorificè reconditum in Templo S. Michaelis. Obiit

Obiit anno 1219. Arnoldus Wion in Ligno vitæ.

B. GHERARDESCA de Gherardeſchis Monialis Camaldulenſ. Memoratur ab Joſeph Martini loc. cit., & à Dempſter. Hetrur. Reg. to. 2. lib. 5. c, 2.

Piſan. Carthuſiani.

BEATUS ANDREAS Getta le Braccia Piſanus Ordin. Carthuſianorum. Vide Joſephum Martini loc. cit.

Piſani ex Ordine Ciſtercienſium.

BEATUS BALDUINUS Cardinalis, & Archiepiſcopus Piſanus. Quæſtio eſt inter Auctores, utrum Gallus, an Piſanus fuerit. Ex Bernardo tamen Bonæ vallis in vit. S. Bernardi Capite 8. ſic habetur. *In Tuſcia Piſis natalis ſoli gloria, & magnum Eccleſiæ lumen, Balduinus effulſit.* Enriquez Menolog. Ciſterc. die 6. Septembris. Ughel. Ital. Sacr.

B. EUGENIUS III. Pontifex Maximus Ordinis Ciſtercienſium, ad quem libros de conſideratione ſcripſit Sanctus Bernardus Abbas. Enriquez in Menolog. Ciſtercienſi titulo Beati eum appellat die 8. Julii. Martini citat. &c.

Pi-

Piſani ex Ordine S. Dominici.

BEATVS ALBERTUS Pulta Nobil. Piſan. Ord. S. Dominici. Obiit anno 1290. Hiſtor. S. Dominici M. S. per varios Auctores, quæ citatur à Dempſterio de Hetruria Regali lib. 5. c. 2. tom. 2.

B. ANDREAS Porcellini Ordinis Prædicatorum. Memoratur ab Ioſepho Martini loco ſuperiùs citat.

B. ARRIGUS Piſanus Ord. Prædicator. ex eodem Dempſterio loc. cit., ubi citatum M. S. refert.

B. AUGUSTINUS Ordin. Prædicator. Ex eodem Ioſeph Martini loco citato.

B. BARONIVS Piſanus Ordinis S. Dominici. De eo mentionem habet idem Ioſeph Martini in citato Theatro Baſilicæ Piſanæ.

B. BARTHOLOMÆVS Ciaffi Piſan. Ord. Prædicatorum. Floruit anno 1340. Dempſterius de Hetrur. Regali lib. 5. tom. 2. c. 2.

B. BARTHOLOMÆVS à S. Concordio Piſan. Ordin. Prædicator. Dempſterius loc. cit.

B. BENEDICTVS Plumbinenſis Ordin. Prædicat. Floruit anno 1286. Dempſterius citatus.

B. BEN-

B. BENVENVTVS Piſanus Converſus Ordin. S. Dominici. Memoratur à Sylvano Razzi de SS. Hetruriæ.

B. BERNARDVS Curte Ordinis S. Dominici. Vide eundem Ioſephum Martini loco citato.

B. CERBONIVS Campylius Nobil. Piſanus Ord. Prædicator. Floruit anno 1380. Dempſterius citat. loc. cit.

B. CLARA Gambacurta Nobilis Virgo Piſana Tertii Ordinis S. Dominici. Cœlum ingreſſa eſt 17. Aprilis anni 1420. Marcheſ. in Diar. Dominic. Seraphinus Razzi de SS. Ordin. Præd.

B. DOMINICVS Cavalca Ordinis Sancti Dominici. Martini citatus.

B. FRANCISCVS Cinquini Ordin. Prędicat. Floruit anno 1348. Dempſter. loc. cit.

B. FRANCISCVS Piſanus Ord. Prædicat. Floruit anno 1340. Dempſter. loc. cit.

B. FRANCISCA dell' Aviana Ordin. S. Dominici. Memoratur à præcitato Martini loc. cit.

B. GHERARDVS Raù Ordinis S. Dominici. Martini citatus.

B. GHERARDVS della Gherardeſca Ord. S. Dominici. Martini loco cit.

B. GHERARDUS Verchionus nob. Piſanus Ordin. Prædicatorum. Floruit anno 1279. Dempſter. loco cit.

B. GUI-

B. GUIDO Cannetti Ord. Præd. Dempſter. loc. cit.

B. GUILLELMUS Caſtillioni nob. Piſanus Ord. Prædicatorum. Floruit anno 1388. Dempſter. loc. cit.

B. HENRICUS Cornazzanus Ordinis S. Dominici. Martini citatus.

B. HVGVGGIVS Sardus Piſanus Fundator Cænobii Divæ Catharinæ, & Diſcipulus S. Dominici. Dempſterius loc. cit.

B. JACOBA Getta le Braccia Ordinis S. Dominici. Martinus idem ibidem.

B. JOANNA Ordinis S. Dominici. Idem Martini ibidem.

B. JORDANES à Piſis Ord. Prædicatorum. Deceſſit Placentiæ 19. Auguſti anno 1311. Ejus corpus Piſas translatum honorificè ſepultum fuit in ſacello S. Petri Martyris Ordinis ſui. Leander Alberti de Viris Illuſtribus Ord. Prædicator. Seraphin. Razzi citat., &c.

B. LAMBERTUS Gambaſius Piſanus Ordinis Prædicatorum. Obiit circa annum 1495. in Cænobio S. Crucis. Seraphin. Razzi citat.

B. LEONARDUS Orlandius nobilis Piſanus Ordin. Prædicatorum. Floruit anno 1348. Dempſter. citatus.

B. LOTTVS Piſanus Ordinis Prædicatorum Laicus: ob morum ſanctimoniam

niam *Bonus* paſſim appellatus. Floruit circa annum 1341. Seraphin. Razzi cit. Leander Alberti citat. lib. 6.

B. MARIA de Piſis Monialis in Cœnobio S. Dominici Piſarum. Migravit ad Sponſum 15. Auguſti anno Domini 1393. Marcheſe in Diar. Dominic.

B. MARIA Mancini Ordinis S. Dominici. Memoratur ab Joſepho Martini ſuperiùs citato in Theatro Baſilicæ Piſanæ.

B. MICHAEL à Vico nobilis Piſanus Ordinis Prædic. Floruit anno 1330. Dempſter. loc. cit.

B. NICOLAUS Tinti Ordinis Prædicatorum. Floruit anno 1378. Dempſter. loc. cit.

B. NICOLAUS de Vicecomitibus Ordinis S. Dominici. Floruit anno 1274. Martini citatus loc. cit. Dempſter. de Hetrur. Regali tom. 2. lib. 5. c. 2.

B. ODDO de Pace Ordinis S. Dominici. Vide eundem Martini loc. cit.

B. ODEMUNDUS Maſca nobilis Piſanus Ordinis S. Dominici. Obiit anno 1250. Seraphinus Razzi citatus. Leander Alberti de Viris Illuſtribus Ordinis Præd. lib. 5.

B. PROVINUS Fabri nobilis Piſanus Ordinis Præd. Dempſter. loc. cit.

B. RAYNERIUS Gherardeſca Ordin. Prædicatorum. Dempſter. loc. cit.

B. RAYNERIUS Peccoli Ordinis Prædicatorum. Dempſter. loc. cit.

B. RAYNERIA dell'Aviana Ord. Sancti Dominici. Joſeph Martini loc.cit.

B. RAYNERIUS Longo Piſanus Ordinis Prædicatorum. Floruit circa annnm 1272. Seraphinus Razzi citatus. Leander Alberti citatus lib. 5.

B. RAYNERIVS Segalorzo Piſanus Ordinis Prædicatorum. Floruit circa annum 1341. Seraphin. Razzi citat. Leander Alberti citatus lib. 5.

B. SIMON Piſanus Ordinis S. Dominici. Vide citatum Joſeph Martini loc. cit.

B. SINIBALDUS de Alica Ordin. Sancti Dominici. Martini citatus.

B. THOMAS Ajutami Criſto nobilis Piſanus Ord. Prædicatorum. Floruit anno 1388. Dempſter. loc. cit.

B. UGOLINUS Cannetti Ord. Prædicatorum. Floruit anno 1300. Dempſter. loc. cit.

B. VGVCCIONVS Ord. S. Dominici. Martini loc. cit.

B. *W*ILLELMUS Agnelli Ord. S. Dominici. Martini loc. cit.

Piſa-

Piſani ex Ordine S. Franciſci.

BEATVS ALBERTVS à Piſis quartus Miniſter Generalis Ordinis Sancti Franciſci. Obiit ſub initium Septembris anni 1239. Mazzara Menolog. Franc. 3. Septembris. Arturus à Monaſterio 2. Septembris, ubi quamplurimos citat Auctores, qui de eo loquntur.

B. ANDRONICUS della Rocca Tertii Ordinis S. Franciſci. Vide Joſephum Martini loco cit.

B. ANGELVS, ſeu AGNELLVS à Piſis Ordinis S. Franciſci; in Britanniam miſſus, ibi ſancto fine quievit anno Domini circiter 1232. die 13. Martii. Ejus corpus Oſſuni ſepultum fuit. Mazzara Menol. Franc. Gonzaga de origin. Ordinis Seraphici in catalogo BB. Marcus Vliſipon. Chronic. p. 1. lib. 6. cap. 31.

B. ANTONIVS Tigrinius Piſanus Ordinis Minorum S. Franciſci. Obiit in Cænobio S. Franciſci de Monte Luco Diœceſis Spoletanæ anno 1313. Mazzar. Menolog. Franc. die 15. Maji. Gonzaga citatus in catalogo BB. Wading. tom. 3. anno citato.

B. BARTHOLOMÆVS Albixi Ordinis

nis S. Franciſci. Memoratur ab Arturo à Monaſterio in Martyrologio Franc., & à *Wadingo* anno 1399.

B. BARTHOLOMÆVS Rivanius Nob. Piſanus Ordinis S. Franciſci. Deceſſit Piſis anno 1401. Ejus corpus colitur in Templo Ordinis ſui ſub Ara B. Gherardi Panormitani. Mazzara die 4. Septembris in Menolog. Franc. Poſſevinus in apparat. Sacr. *Wading*. tom. 3. anno 1401., & Martyrol. Franciſc. die præcitata, &c.

B. GHERARDVS Agliata Nobilis Piſanus Ordinis S. Franciſci. Memoratur ab Ioſepho Martini in toties citato Theatro Baſilicæ Piſanæ.

B. GVALTERIVS Piſanus Ordinis Sancti Franciſci. De eo loquitur *Wadingus* anno 1289. §. 28. Martyrolog. Franciſc. die 2. Martii.

B. PHILIPPUS de Longis Ordinis Sancti Franciſci, & ejuſdem Beati Patris Diſcipulus. Martini loco citato.

* * * *
* *
* *
*

Pi-

Piſani ex Ordine Eremitarum S. Hieronymi.

BEATVS DOROTHEVS Ordinis Eremitarum S. Hieronymi. Vide Joſephum Martini loc. citato.

B. PETRVS Gambacurta Nobil. Piſanus Inſtitutor Ordinis Eremitarum S. Hieronymi propè Vrbinum. Obiit Venetiis anno 1435., & in Xenodochio olim, nunc Cænobio S. Hieronymi ſepultus perhibetur. Antonius à Venetiis in vitis BB. Tertii Ordin. S. Franciſci. Sylvan. Razzi de SS. Hetruriæ. Bonanni Soc. Jeſu de Ordinib. Relig. Morigia Hiſtor. Religioſar. Familiar. Torellus ſæcul. Auguſt. tom. 5. anno 1306. n. 68.

B. SIGNORETTVS de Agliata Ordinis Eremitarum S. Hieronymi. Joſeph Martini loc. cit.

Piſani ex Ordine S. Joannis Jeroſolimitani.

BEATVS DOCTVS, vulgò, *degli Occhi* Ordinis S. Joannis Jeroſolimitani. Martini loc. citato.

B. VBALDESCA Piſana Monialis ex Or-

Ordine S. Joannis Jeroſolimitani : Obiit Piſis 28. Maji anni 1206., & in Templo S. Sepulcri jacet. Sylvanus Razzi in vit. Ferrar. de SS. Italiæ.

Piſani ex Ordine Jeſuatorum.

BEATVS ANDREAS Gaetani ex Ordine Jeſuatorum. Vide Ioſephum Martini loc. cit.

B. LVCAS Laterina ex Ordine Jeſuatorum. Idem Martini ibid.

B. PHILIPPVS, ſeu Lippus Gambacurta Ordin. Jeſuatorum. Memoratur à Paulo Morigia Paradiſ. Jeſuator., & à Petro Farulli Annal. Aretii pag. 77.

Piſani ex Ordine Canonicorum Regularium Nicoſienſium.

BEATVS VGO Faſiani Archiepiſcopus Nicoſienſis Fundator Monaſterii Piſani Canonicorum Nicoſienſium. Floruit anno 1268. ſepultus eſt Calci in agro Piſano. Martini cit. Dempſter. in Hetrur. Regal. tom. 2. c. 5.

B. VGO Abbas cum aliis ſeptem Beatis ex Ordine Canonic. Regular. Nicoſienſ. Idem Martini ibidem.

E' Piſcia.

SANCTUS ALLUCCIUS Confeſſor Piſcienſis. Deceſſit die 23. Octobris anni 1134. Ejus corpus conditum fuit in Noſocomio SS. Lucæ, & Herculani M., quod idem Sanctus collapſum reſtituerat,& adhuc S. Alluccii nuncupatur. Hodie verò aſſervatur in Templo prope idem Noſocomium SS. Lucæ, & Herculani M., quod ab Equitibus Jeroſolimitanis adminiſtratur. De S. Alluccio loquitur Innocentius III. in cap. per tuas de arbitr. D. Placidus Puccinelli in Monumentis Piſciæ. Ughelli Ital. Sac., ubi de Civitate Piſciæ &c.

Piſtorienſes.

BEATUS BARNABAS à Piſtorio Ordinis S. Franciſci Laicus. Deceſſit Romæ in Cænobio S. Franciſci trans Tyberim anno 1581., ibique ſepultus eſt. Bonifacius de Bonibellis Chronic. Fratr. Reformat. Barezus Chronic. lib. 8. c. 59. Rapinæus hiſtor. Gen.Origin.Recollect.Dec.9 p.2.§.3.

S. BARONTIUS Conf. Piſtorienſ. Memoratur à Dempſt.de Hetr.Reg. to.2. l. 5. c. 4. Martyrol. Rom. 25. Martii.

B. BONAVENTURA Bonaccorſi Nob. Piſtor.Ord.Serv.B.M.V. Obiit 4.Dec.

 an.

an. 1316. Urbeveteri, & ibi in Templo Ord. ſui ſepultus ſub ara B. M. V. Archang. Janius Annal.Serv.ann. cit.

B. BUONACCURSIUS nob. Piſtor.Archiep.Piſanus, cujus imago in Campo Sancto Piſis eſt. Dempſter.cit.loc.cit.

B. CONRADUS de Gualfreduccis Piſtor. Jacet Florentiæ in æde S. Mariæ Novellæ. Dempſter. loc. cit.

S. DESIDERIUS Confeſſor Piſtor.Vide Dempſter. de Hetrur. Regal. to.2.l.5. c. 4. Martyrol. Rom. 25. Martii.

B. DIANA Stella Piſtorienſis Tertii Ordinis Servor. B. M. V. Memoratur ab Archangelo Janio cit. ad an. 1387.

B. EVANGELISTA Marcellini Ord. Min. S. Franciſci. Obiit Romæ 3. Januarii anno 1593., & in Templo Aracælitano ſepultus. Joan. Baptiſta à Peruſia c. 5. vitæ B. Felicis Marquis. In appendic. ad Genebrard. Wading. tom. 2. anno 1251. §. 60. in fin. Martyrol. Franc. die 3. Januarii.

B. FELIX Presbyter, & Confeſſor Piſtorienſis. Obiit Piſtorii, & in Templo S. Zenonis ſepultus colitur. Sylvan. Razzi in ejus vita. Baron. in adnot.ad Martyrol. Rom. die 26.Aug.

B. HIERONYMUS Piſtorienſis ex Ordine Capuccinorum. In Inſula Cretæ obiit anno 1570. Boverius tom. 1. Annal. Capuccinor. anno citat. §. 21.

Toſſi-

Toſſinian. lib. 3. Poſſevin. Apparatu Sac. Martyrol. Franc. die 29. Dec.

B. JACOBVS à Piſtorio Ordinis Jeſuatorum. De eo ſcribit Paulus Moriggia in Paradiſ. Jeſuator. lib. 2. c. 22.

B. JOANNA de Magnis Virgo Piſtorienſis Tertii Ordinis Servorum B. M. V. Aliquibus placet eam vocare Ianam de Macinghis. Vide Archang. Ian. Annal. Servor. ad an. 1320.

B. IOANNES à Piſtorio Ordinis Prædicatorum. Migravit ad Cœlum Lucæ in Cænobio S. Romani die 18. Martii 1493. Ejus corpus deinde ſepultum in Templo Ordinis ſui ad lævam aræ majoris. Marcheſ. in Diar. Dominic. die 20. Martii. Seraphin. Razzi de SS., & BB. Ordin. Prædic. Leander Alberti de Viris illuſtribus Ord. S. Dominici lib. 5.

B. MARIA de Micheluccis Virgo Piſtorienſis Ord. Servorum B. M. V. Obiit 14. Aprilis anni 1525. Feria ſexta Paraſceves hora 21. Archangelus Ianius ad annum citatum.

B. PAVLINVS Piſtorienſis Ordinis Ieſuatorum, ut ex Moriggia in Paradiſo Ieſuatorum lib. 3. c. 2.

B. THIANA de Imbarcatis Virgo Piſtorienſis Tertii Ordinis Servorum B. M. V. Obiit anno 1393. Vide Archangelum Ianium ad annum citat.

Ex Podio Bonitio.

BEATA BONA à Podio Bonitio Tertii Ordinis S. Franciſci, Vxor B. Lucheſii. Obiit 28. Aprilis circa annum 1242. eodem die, quo ſponſus ejus; & cum eodem ſepulta in Templo Fratrum Minor. Montis Imperialis Podii Bonitii, ubi uterque miraculis claruit. Decurſu temporis ejus reliquię in Germaniam aſportatæ fuere, ſolumque Brachium Podii Bonitii colitur. Marcus Vliſipon. p. 1. Chron. lib. 9. c. 25., & p. 2. lib. 1. c. 50. & 51. *W*ading. tom. 1. & 2. Bzovius tom. 18. Annal. Eccleſ. ann. 1494. Martyrolog. Franc. die 5. Auguſti.

B. LUCHESIUS à Podio Bonitio Tertii Ordinis S. Franciſci vir B. Bonæ. Conſule nuper dicta.

Politiani.

SANCTA AGNES Virgo Politiana, & Tertii Ordinis S. Dominici Monialis. Obdormivit in Domino Politiani die 20. Aprilis 1317., ibique ejus corpus incorruptum aſſervatur, & colitur. Sylvan. Razzi de SS. Hetrur. Martyrol. Rom. die 20. Aprilis.

P. Fri-

P. Fridericus Burlamachii Soc. Jeſu in notis ad Epiſtol. S.Catharinæ Sen., & alii plures.

B. ANGELINUS Daneſi Tertii Ordinis S. Franciſci. Obiit Politiani anno 1206. & in templo S. Franciſci ſepultus fuit. Gonzaga de origin.Ord. Seraph. Toſſinian. lib. 1. Chron. *Wa*ding. anno 1269. § 14. Arturus à Monaſterio die 16. Junii.

B. BARTHOLOMÆVS Martini Ord. S. Franciſci, qui pro Chriſtiana Confeſſione prope Babylonis Memphim, vulgò Cayro, à capite, ad fæmora uſque diſſectus, ſub Saracenorum manibus Martyr evaſit anno 1370. Ex Gonzaga de Origine Ord. Seraphici p. 1. B. Bartholomæo Piſan. lib. 1. Conformit. fruct. 8. p. 2. Marco Vliſipon. lib. 9. p. 2. c. 30. *Wa*ding. tom. 3. ann. 1342. Martyrol. Franc. 30. Aprilis.

B. BARTHOLOMÆVS Pucci Franceſchi Nob. Politianus Ordinis S. Franciſci. Obiit in Patria circa annum 1320. Ejus corpus requieſcit in Templo S. Mariæ de Fonte Caſtello, & quotannis veneratione exponitur die prima Auguſti. Sylvanus Razzi de SS. Hetruriæ. *Wa*ding. tom. 2. anno 1454. Martyrol. Franc. die 6. Maji.

B. BARTHOLOMÆVS Tarugi Presby-

ſbyter, & Patricius Politianus. Deceſſit anno 1498. Ejus imago viſitur in Cathedrali cum titulo Beati. Plurimæ ejuſdem imagines papyraceæ circumferuntur per Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Bartholomæum Tarugi Epiſcopum Venuſinum ex Ordine Sancti Dominici aſſumptum, typis datæ. Vide Acta Sanctorum Bolland. Dempſter. de Hetrur Regal. &c.

B. JACOBVS Ordinis S. Dominici miraculis clarus. Dempſterus loc., & cap. cit.

B. FRANCISCVS Cervini Ordinis Sancti Franciſci, de quo maxima prædicantur miracula. Dempſterus loc., & cap. cit.

B. FRANCISCVS Gori à Monte Politiano Ord. S. Franciſci. Obiit Florentiæ anno 1513., ibique in Templo S. Crucis ejus corpus aſſervatur, & colitur. Boverius tom. 1. anno 1524. §. 36. Gonzag. de Orig. Ord. Seraph. p. 2. Martyrol. Franc. die 29. Julii.

B. JOANNES Martinozzi Ordinis Sancti Franciſci, & Martyr. In quadro Babylonis pro Fide Catholica cæſus eſt an. 1345. Annales Franciſcan. Politianum eſſe affirmant, ab Hieronymo tamen Gigli inter Beatos Senen-
ſes

ſes recenſetur. Vide Diar. Senenſ. *Wading.* tom. 3. anno 1345. §. 5. Arturum à Monaſter. die 15. Aprilis &c.

B. LEONARDVS à Monte Politiano Ordinis S. Franciſci. Obiit anno 1458. Memoratur in Bulla Canonizationis S. Catharinæ Senenſ., quæ Senis aſſervatur in Cænobio S. Dominici, & citatur à Gregorio Lombardello.

B. MARGHARITA Funari Tertii Ordinis Servorum B. M. V. Migravit ad Sponſum anno 1357. Archangelus Janius Annal. Servor. anno cit.

B. NICOLAVS Aleſſi Ordinis Jeſuatorum. Obiit anno 1419. Vide Paulum Moriggia in Paradiſo Jeſuator. lib. 3. c. 9.

B. PAGANINVS Benincaſa Politianus Ordinis Servorum B. M. V. Deceſſit anno 1289. Memoratur ab Auctore vitæ S. Philippi Benitii.

B. PETRVS Martinozzi Ordinis Sancti Franciſci pro Fide à Barbaris cæſus anno 1321. Arturus tamen à Monaſterio, mortem oppetiiſſe putat anno 1310.

B. PHILIPPVS Vignaneſi M. Ordin. Eremitarum S. Auguſtini: in Affrica pro Chriſtiana Religione martyrio coronatus eſt ann. 1359. Vide Torellum ſæcul. Auguſt. ann. cit.

Pratenſes.

BEATUS BERNARDVS Echeſius Pratenſis Ordinis S. Franciſci. Obiit in Cænobio Palci propè Pratum circa annum 1440. Gonzag. de Origin. Franc. p. 2. *W*adingus tom. 5. anno 1439. Martyrol. Franc. die 7. Septembris.

B. BRVNETTVS Roſſi Pratenſis Ordin. Eremitarum S. Auguſtini. Obiit Prati die *11.* Martii anni *1269.* Coſmus Cicogninus de Nominib. illuſtr. Pratenſ. Landucci Sylv. Illicet. Torellus ſæcul. Auguſt. tom. 5. anno *1269.* n. 8.

B. ELIAS Melioratus Pratenſis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Deceſſit Prati anno 1348. Landucc.Sylv. Illicet. Torellus de SS., & BB. Ord. Auguſtinian. centur. 22. cap. *274.*, & ſæcul. Auguſt. tom. 5. anno 1348. n. 35.

B. JOANNES Pratenſis Ordinis Sancti Franciſci, Diſcipulus S. Bernardini Senenſis. De eo *W*adingus ad annum 1447. 1449., & 1450. Martyrol. Franc. die *26.* Septembris.

B. PAVLVS de Prato Ordin. S. Franciſci. Floruit circa annum 1245. Marian. hiſtor. Seraphic. lib. 2. c. 13. *Wa-*

*W*adingus tom. 1. ann. 1245. §. 12. Martyrol. Franc. die 15. Martii.

B. VGO à Prato Ordin. Min. S. Franciſci. Ad Tartaros miſſus, ibi mortem oppetiiſſe creditur circa annum 1312. Mazzara Menolog. Franc. die 5. Martii. Marcus Vliſipon. p. 2. lib. 7. c. 25. *W*ading. tom. 3. ann. 1313. §. 8. Arturus à Monaſterio, apud quem prædicta die 5. Martii vocatur Vgo Pancera.

Puppienſes.

BEATVS TORELLVS Puppienſis in Cluſentino prope ſacrum Alverniæ Montem Eremita. Ordo Vallis Vmbroſæ eum ſibi vindicat; repetunt Franciſcani. Fratres Sancti Auguſtini ſuum eſſe confirmant. Has inter lites, quod non eat inficias quiſquam, certum eſt eum fuiſſe Puppienſem, quod nobis ſat eſt. Deceſſit in Patria die 16. Martii anno 1282. ibique colitur. Bollandiſt. ad dictam diem. Torellus ſæcul. Auguſt. an. 1282. n. 3. Ferrari de SS. Italiæ Menolog. Franciſcan. Gonzag. de Origin. Ord. Seraph. in Catalogo BB. &c.

Ex Radicophano.

BEATVS GVILLELMVS à Radicophano Ordin. S. Franciſci. Jacet in Sacro Alverniæ Monte. Ex Gonzag. de Origin. Franciſc. in Catalog. BB. B. Bartholomæus Piſanus lib. 1. Conformit. fruct. 8., & 11. part. 2. *W*ading. tom. 2. ann. 1270. Martyrol. Franc. die 4. Decembris.

Ex Radicondoli.

BEATVS GVILLELMVS à Radicondoli Ordinis S. Franciſci in agro Senenſi. Ex Monumentis MM. SS. Picolomin., quæ citantur ab Hieronym. Gigli Diar. Senenſ.

A' S. Reina.

BEATVS ANTONIVS à S. Reina, Ordinis S. Franciſci. Deceſſit Scarlini 30. Januarii anni 1450. Faſt. Senenſ. Marcus Vliſiponenſ. Chronic. lib. 3. cap. 41. ad ann. 1453. Martyrol. Franciſc. die 30. Januarii.

* * * *
* *
* *
*

A' Sal-

A' Salvena.

BEATVS GVIDO à Salvena in Territorio Senenſi Ordinis S. Franciſci. Memoratur ab Hieronymo Gigli in ſuo Diar. Senenſ.

A' Scarperia.

BEATVS PETRVS de Scarperia Ordinis S. Franciſci Laicus. Deceſſit Feſulis, & in Cænobio S. Michaelis ſepultus fuit. Gonzag. de Origin. Ord. Seraph. p. 2. Barez. lib. 3. c. 23. ann. 1540. Wadin. tom. 5. ann. 1414. §. 12. Martyrol. Franc. die 27. Aprilis.

A' Seggiano.

BEATVS ONVPHRIVS à Seggiano Ordin. S. Franciſci. Deceſſit Nurſiæ anno 1453. Wadingus tom. 1. ann. 1221. §. 19., & tom. 2. ann. 1265. §. 19. Gonzag. de Orig. Ord. Seraph. p. 2. &c.

Senenſes.

BEATVS ANDREAS Gallerani Nobil. Senenſ. Fundator Noſocomii

à Miſericordia nuncupati. Obiit die 19. Martii anni 1251. Faſt. Senenſ. Gigli Diar. Sen.

S. JOANNES primus Papa, & Martyr 27. Maji Vgurger. Pomp. Senenſ. Hiſtor. Senenſ. part. 1. Hieronymus Gigli Diar. Senenſ. &c.

B. SORORE Fundator Magni Xenodochii S. Mariæ de Scala. Floruit ſæcul.ix. Ejus corpus in Sacello ejuſdem Xenodochii incorruptum aſſervatur. Faſt. Senenſ. Gigli Diar. Senenſ.

Senenſes ex Ordine S. Auguſtini.

BEATVS ALBERTVS Senenſis ex Ordin. Eremitarum S. Auguſtini. Obiit die 10. Aprilis anno 1158. Catalog. Auguſt. tom. 1. pag. 189. Jacobus Jordan. Hiſtor. Aragon.

B. ANDREAS Regolini Ord. Eremit. S. Auguſtini. Obiit anno 1149. Landucc. Sylv. Illicetan. Ugurger. Pomp. Seneſ. Hieronym. Gigli Diar. Senenſ.

B. ANTONIVS Alexandrini Ord. Eremitar. S. Auguſtini è Congregatione Illicetana. Obiit die 4. Februarii anni 1160. Landucc. Sylv. Illicet. Vgurger. Pomp. Sen. tom. 1. Hieronym. Gigli Diar. Senenſ.

B. ANTONIVS Patrizj nob. Senenſis, di-

dictus à Monteciano, quod eo in Pago obierit, ejuſque corpus aſſervetur. Migravit ad Cœlum anno 1311., ut putat Torellus ſæcul. Auguſt. to.5. anno 1311. Joſeph Pamphilus hiſtor. Auguſt. 4.

B. ANTONIVS à Senis Ord. Eremit. S. Auguſtini è Congregatione Illicetana. Floruit circa annum 1456. Torellus ſæcul. Auguſtin. anno dicto. Hieronym. Romanus centur. ſecunda &c.

